



## LIBER. TERTIVS DE TRANSLATIONE DOMINII PER PROMISSIONEM.

**P**os t tractatum de contractibus in genere, & post tractationem præcedentem de acquisitione dominij in personas, & in res; sequitur ut agamus de voluntaria dominij translatione, quæ cùm pluribus modis contingat, nimirum, donatione, promissione, venditione, & aliis titulis in iure expressis, de donatione in primis nobis agendum erat. Sed quia promissio prior est natura donatione, præmittenda est tractatio de iure promissionis, de qua ex antiquis agunt D. Thomas cum sequacibus ad 2.2. quest. 88. art. 1. & in 4. dist. 38. quest. 1. art. 1. Ex modernis Leonardus Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. Rebellus 2. part. de obligat. iustitiae lib. 18 à question. 1. Molina tom. 2. de iustit. dist. 262. & sequentibus. Omitto alios & turbam Summistarum verb. Promissio, & verb. Pollicitatio. Agimus verò hic de promissione simplici, quæ est ea, quæ nec iuramento firmatur, nec fit ratione debiti antecedentis, nec per fraudem, & fictionem animi, nec in commutationem pro alia re, sed ex mera, & simplici liberalitate, & ex vero promittendi animo procedit, ut in discursu huius tractatus patebit.

### CAPUT PRIMVM.

Quid sit promissio simplex, in quo ab stipulatione, & pollicitatione distinguatur, & cuiusnam virtutis actus sit ipsa promissio, & promissionis impletio.

- 1 Traditur definitio promissionis.
- 2 Promissio simplex excludit promissionem fidicam.
- Quare dicatur datio fidei, & non rei. ibid.
- In quo distinguatur à pollicitatione, & donatione. ibid.
- In quo etiam ab stipulatione. ibid.
- Quomodo distinguantur pollicitationes, promissiones, & stipulationes, inter se. ibid. vers. Tandem.
- Promissionis obligatio magis pendet ex intentione quam ex verbis, unde si quis utatur verbo promittendi, & nolit se obligare in foro interno, non manebit obligatus.
- Promissio metu, vi, & dolo externo an obliget.

Fagundez de Iustitia, &c.

- 5 Qui recipit promissum à se extortum per metum, vel fraudem, tenetur illud restituere.
- 6 Quid si recipiat per preces importunas.
- 7 Quid, si cessante vi, & metu, nihilominus promisor implet promissionem.
- 8 Est validum votum quod quis emisit dum sibi vis incutitur, ut Deus illum ab ea vi liberet.
- 9 An verba, & promissiones generales obligent in particulari.
- 10 An promissio ad instantiam facta obliget, veluti si quis promittat se facturum Imperatorem post mortem heredem suorum honorum.
- 11 Quando promissor dubitat, an per aliqua verba se voluerit ad promissum obligare, non est obligandus.
- 12 Promissio determinata ad tempus, implenda est tempore prefijo.
- Verbum statim moraliter intelligendum est. ibidem.
- Id est, cum commodè potest impleri. ibid.
- 13 Que libertas, & deliberatio requiratur, ut promissio obliget.
- 14 Promissio ut obliget, debet esse de re bona possibili, non vana.
- 15 Quid si res promissa ex parte sit possibilis, & utilie, ex parte impossibilis & inutilis, utile non viciatur per innabile.

T

16 Virium

## 218 De translat.dominij per promissionem.

- 16 *Pivum omnis promissio contra legem prohibentem facta, sit ipso iure irrita, an irritanda.*  
*Sola illa cuius impletio est illicita mortaliter, vel venialiter est irrita iure naturali, & ciuii.*
- 17 *An promissio de re bona, sed maioris boni impedimentiua sit valida.*
- 18 *Promissio, ut sit valida, debet esse de re grata et in causa gratiam sit, & num. 19.*
- 20 *Quatenus non teneatur promissor ad promissionem ex mutatione statutu rei promisee.*
- 21 *Cuiusnam virtutis actus sit promissionis impletio.*
- 22 *An promissio sit actus intellectus, an voluntatis.*  
*Quare fides promissionum dicatur iustitia fundamentum. ibid.*
- 23 *Fides qua debitum legale respicit, est ipsissima iustitia.*

1. **P**ROMISSIO simplex, est datio fidei firma, & spontanea de re licita; vel melius, & communius, est deliberata, & spontanea fidei obligatio dandi, vel faciendi aliquid, data alteri de re licita, & bona ipsique grata: ita eam definiunt communiter Doctores. Vide omnino Sotum lib. 7. de iust. quæst. 1. art. 1.

2. Dicitur *simplex*, ut excludatur promissio ficta, & promissio iuramento firmata, & illa, qua sit ratione alicuius debiti antecedens: dicitur etiam *fidei datio*, & non rei, ut distinguatur à pollicitatione, & à donatione. nam donatio est rei datio, non fidei. Pollicitatio vero, est oblatio offerentis, propriè loquendo, qua quis offert aliquid alteri, aut illum interrogat, an illud velit, conſat ex l. 3 ff. de pollicitationibus, & docet Tabiena verb. pollicitatio, initio.

Tantum ergo differt promissio à donatione, quantum differt donatio rei, à datione fidei; & à pollicitatione, quantum differt oblatio ab ipsa datione vel fidei, vel rei: differt etiam pollicitatio à promissione, quia pollicitatio est unius tantum partis, nempe ex parte offerentis; promissio vero est ex parte offerentis, & acceptantis. Deinde, quia pollicitatio propriè fit absentibus, per epistolam, & nuntios, etiam ad id à iure non deputatos, licet non excludat presentes; promissio vero propriè & per se fit praesentibus, & quando fit absentibus, acceptatur per presentes loco absentium, nempe à Tabellionibus, & ab aliis ad id à iure deputatis, de quibus cap. agemus 9. & sic semper induit ratione presentie, ut docet Iason in rubr. ff. de verbor. oblig. Denique differt stipulatio à promissione, & pollicitatione, quia stipulatio non fit nec datur, nisi præcedat interrogatio, ut cum quis rogat alterum, an secum velit contrahere, aut an sibi velit aliquid dare, vel facere, & illud ab eo accipere, unde stipulatio est interrogatio, vel sitma verborum conceptio, & prolation, qua unus rogat & alter promittit: ita habetur Institut. de verborum obligat. initio, & l. 5. ff. stipulatio. ff. eodem tit. Hinc ille, qui petit, vel rogat, sibi aliquid promitti, dicitur stipulans, vel stipulator; ille vero, à quo petitur, & qui rogatur, an velit promittere, dicitur promissor.

Tandem in hoc distinguuntur promissiones, pollicitationes, & stipulationes inter se, quod stipulatio, ut dixi, est interrogatio, seu verborum prolation, qua alter alterum interrogat, an sibi velit dare, vel à se accipere, rem aliquam; pollicitatio est oblatio, qua alter alteri rem aliquam offert, ut habetur ex l. 3 ff. de pollicitationibus. Promissio est datio fidei, qua datione supposita, ipse promissor ratione fidei, quam dedit, manet adstrictus ad faciendum id quod promisit, ut infra patebit; sepe tamen au-

tores pollicitationem pro promissione, & promissionem pro pollicitatione usurpant, ut videtur passim in illis est.

Dicitur *firma*, id est, ut verba non sint ambigua, nec promissor aliud in corde, aliud in ore habeat: nam ut promissio simplex sit, & firma, & in conscientia obliget, non satis est, ut quis dicat, *dabo*, vel faciam tibi hoc; quia per ea, & similia verba de futuro, nihil promittitur de praesenti: per illa enim tantum significat proferens, se habete bonum animum dandi, vel faciendi, nihil tamen de facto facit, aut promittit, & ideo illa verba continent simplicem assertionem, non tamen promissionem, aut obligationem actualem. Si tamen illa proferens speciali intentione per illa se velit obligare, velique promittere, obligatus manebit: nam obligations, quas quisque sibi imponit, magis pendent ex animo, & intentione propria, quam ex verbis externis, cum verba ipsa totam vim habeant ex intentione illa proferentis, & ideo in promissionibus magis attendendum est ad intentionem, quam ad ipsa nuda, & externa verba, quæ intentione ex antecedentibus, & circumstantiis colliguntur: imò quamvis quis vtatur verbo promittendi, si tamen fictè promittat, & animum habeat non promittendi, non obligabitur in foro conscientiae ad promissionem etiam connubiale: ut enim promissio à voluntate procedit, sic ab illa, illiusve intentione limitatem obligationis habet. Obligabitur tamen in foro externo, in illo enim presumitur simul cum verbis adesse intentionem, & voluntatem se obligandi, humanae enim aures ex verbis colligunt intentionem. Ita docet Rebellus de obligat. iustit. 2. part. lib. 18. quest. 1. num. 5. Corduba in summa quest. 156. Caietanus 2. 2. quest. 88. art. 3. Nauarrus in summa, cap. 18. num. 6. Tabiena verb. paltum, quest. 2. num. 3. Aragon 2. 2. quest. 88. art. 3. fol. 99. Sancius lib. 1. de sponsalibus, tom. 1. disput. 5. num. 21.

Additum *spontanea*, ad significandum promissionem, vi, metu, aut fraude obtentam, & extortam non obligare; idque siue vis, & fraus fiat ab illo, in cuius utilitatem promissio facta fuit, siue ab alio, qui ea vi intenderet, ut alteri fieret, & etiamsi sit voluntaria mixta, quia cum promissio definita, sit voluntarius, & gratuitus voluntatis ac liberalitatis actus, oportet omnino sit spontanea, & non illicitis modis extorta; neque enim bene hoc coheret, ut gratuita, & metu voluntaria siue coacta, & per iniuriam; neque etiam ratio, & aequitas patitur, ut ex fraude, & iniuritate sua reportet quis sibi, vel alteri commodum; reportaret autem illud is, qui metum, aut vim incutit, & qui fraudem induxit, si ita inductus vi, fraude, aut dolo teneretur implete promissum. ita D. Thomas 2. 2. quest. 89. art. 7. ad 3. Caietanus ibi. Sotus lib. 8. de iustit. quest. 1. art. 7. ad 3. Mercatus cap. 16. Nauarrus in summa cap. 18. a num. 6. Molina tom. 2. de iustit. disput. 267. Sylvestris verb. restitutio 2. 6. 7. Lopez 2. part. instrukt. cap. 30. 9. denique, Rebellus 2. part. lib. 18. quest. 1. num. 7. Sancius statim allegandus.

Ex dictis patet, infertque optimè Azor tomo 1. lib. 11. cap. 7. §. tercia regula, & supponunt omnes allegati, illum, qui recipit promissum per vim, aut metum extortum, tenet in conscientia illud restituere, quia iniuste recipit. quod etiam procedit in foro conscientiae de metu leui, & reuerentiali, qualis est, quem filia, vel filius interdum habet erga patrem, erga maritum, famulos, aut vasallos erga dominum, clericos erga Episcopum, liber-

4.

5.

tus

ens erga patronum, dummodo tamen talis metus leuis & reuerentialis, non cadens in virum constantem, sit totalis causa talis promissionis: ita Sancius lib 4 de matriis, disp. 9. num. 4 ex multis. Vnde non sufficit quod sit conditio sine qua non. Nam promissio liberalis, & actus merè liberalitatis omnem omnino metum, leuem, & grauem excludit, quando est tota causa promissionis. Dixi pro foro, seu in foro conscientie, quia in foro externo, quando metus est leuis, & non cadens in constantem virum, non fauebitur ei, qui ex eo promitteret, quia non presumitur in eo foro, promittentem proprie tam leuem metum coacte promisso: si tamen in eodem foro externo liquidò constaret promissio mera factum fuisse ob illum, certè non obligaret, vt docet Nauartus in cap. non dicatis num. 67. §. addo decimo. Molin. tom. 2. disp. 267. §.

*Altera est.*

6. Dictam est etiam spontanea; quia si per preces importunas fiat, non valeret promissio. Preces enim illæ & quipollent coactioni, vt docet Sotus in 4. dist. quest. 7. art. 1. medio. Nauartus in summa Latina præludio 6 Secus si promissio fuit obtenta, & extorta per blanditiæ, & manuscula missiva, quia hæc voluntarein augent, non auferunt; vide, que diximus de his precibus in 6 præcepto Decalogi.
7. Sed quid si cessante postea metu grani, ac vi, nihilominus promissor impleat promissionem, quam per illum aut fraudem fecit: tenebitur ne tunc accipiens restituere acceptum. Respondeo non teneti, nec in foro poli, nec in foro soli; quia tunc presumitur velle de novo efficere, ac ratam habere præteritam promissionem, quam scimus fuisse inutilam, patet ex l. si per vim. C. de his, qua vi, metus ve causa fuit. Si vero impleuit, existimans se ad id teneri, & priorem promissionem fuisse validam, & eo errore inductus soluit, tenebitur accipiens in conscientia id quod ita accepit, ei restituere non enim ratio postularat, vt quis ex iniuria, vi aut iniquitate sua comodum sibi, vel alteri reportet, vt diximus in n. 4 quæ, moraliter loquendo, adhuc durat.
8. Est tamen valida promissio, si quis dum inique, & iniuriouse, sibi metus incurrit, voulit Deo, aut Sanctis aliquid, vt ab eo periculo liberetur, quia ille metus non est directe incussum ad extorquendum votum; nam illud inuoluntarium, quod ibi cernitur, solum habuit occasionem ob metum incussum ob aliud finem, non ad finem emittendi votum. Similiter valeret etiam promissio simplex, qua aliquid alteri promitteret, vt se ab eo periculo liberaret; quia ille cui id promisisti, tibi metum non incussum, nec alter respectu illius, & propter illum; ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. de voto, cap. 40. dub. 10. & 11 Mol. tom. 2. de iust. disp. 267. §. si autem. Item iuxta hos Doctores valet promissio, qua quis alteri aliquid promitteret, ne se accuset de crimen, de quo iuste accusati poterat apud iudicem, & teneatur promittens illam impleere; accipiens vero licet contra charitatem accipiat, & bonum publicum, non accusando illum, vt emendaretur, non tenetur restituere acceptum, quia non tenebatur de iustitia illum accusare, & sic peccat accipiendo contra charitatem, non contra iustitiam; quanvis enim promittens eam promissionem faciat inuoluntariæ, quia alter vult illum accusare, & habet ius accusandi illum, & aliter non promitteret, nisi ob istum metum: tamen id est inuoluntariæ physice, non moraliter, nam moraliter non censetur inuoluntariæ promittere, quia voluntariæ dedit causam accusationis. Ita Lessius alegatus.
9. Cum audis hæc verba, est fidei datio; velim hic Fagundez de iustitia, &c.

animaduertas non censeri dati fidem, & obligari in vitroque foto soli, & poli, verba enim generalia, expresso etiam promittendi verbo absolute protata non obligant in particulari; vt si quis dicat, promitto me factorum, aut daturam tibi quidquid velis, vel iubeas, etiam id fiat non simpliciter ad complacendum, sed ad testandum animum officij, aut beneficij accepti memorem, ita Panormitanus, & alij ad cap. cum venissent, de institutionib. Na- uartus in commentario de datis, & promissis num. 18. Anton. Gomez lib 2. variar. resolut. cap. 4. & probatur ex eisdem cap. cum venissent, vbi absoluunt à promissionis vinculo Archidiaconus quidam, cuius hæc ad suum Episcopum verba dicta fuerant. Non tantum de Archidiaconatu, sed de omnibus bonis meis faciam quod tibi placeat. Quidam tamen refutunt hæc verba ad metum, quem pæfatus Archidiaconus de Episcopo conceperat, sed etiamsi ad metum non referrent, non obligarent in particula- ti verba tam generalia.

Idem esto iudicium, si promissio sit gloria, & ad iactantiam facta, vt docet Nauart. modò citatus num. 20. & colligitur ex l. ultima, ff. de testament. quatenus habet bona illius, qui se Imperatorem heredem facturum iactauerat à fisco compatati non posse, quod extendendum est ad similes promissio- nes, que passim ex urbanitate sunt, dum aliquis alteri promittit se suaque omnia fore ad illius obsequium patatissima. Hinc soluitur illud dubium, de quo fuimus nuper rogati: nam in hac urbe Oly- sipponis in domo lusoria erant quidam urbani ho- mines, quorum unus erat ditissimus, & alter regis minister, dixitque multis pæsentibus minister regius ad virum ditissimum: Domine mihi tu es ditissimus, & cares filii & vxore; cognati, & frater tuus similiter ditissimi sunt, relinque mihi tua bona post mortem, sumus enim valde amici. Respon- dit alter, relinquin ex vero corde, & bona volun- tate, & ita promitto postea obiit ab intestato, que- situm fuit ex nobis quid juris, & an teneret promissio? Respondi, non valere promissionem, nec tenere, tum quia ea verba magis pertinebant ad ur- banitatem, quam ad promissionem, vt sœpè con- tingit inter viros urbanitatis plenos, tum quia fuit promissio i. stantiosa, tum denique, quia vlus obti- net inter viros urbanos, vt talia promissa magis fiant ad speciem, & honorem, quam vt rigorose impletantur, aut exigantur: & perpendicular ad id potest optimus textus in l. si cui. ff. de seruitutib. vbi ha- betur, verba similia ciuiliter esse intelligenda in ea humanam politiam, non rusticæ, & in rigore obli- gationis.

Quod si alias ipsa verba, vel signa sint de se, & in se ambigua, aut si promissor dubitet, vtrum ex intentione promittendi, & se obligandi, an solum ad exprimendum presentem animum, & voluntatem, propositumve ea protulerit; in vitroque foro inclinandum est in eius favorem, restringendaque potius, quam amplianda sunt verba, & intentio, quia in dubiis in materia de iustitia, melior est condi- tio possidentis, & ille possessor est sue libertatis, patet ex l. quidquid adstringenda, ff. de verbor. obli- gationibus.

Circa tempus autem, quo promissio implenda est, missis quibusdam difficultatibus, que à iuris peritis hic tractari solent; illud in vnu dici potest, promissionem implendam esse tempore pæfixo, quando temporis determinatio pæfigitur: alias vero statim ex l. eum, qui Calendis, §. quartier, ff. de oblig. & in l. in omnibus, ff. de regulis iuris. vbi ha- betur, quoties in obligationibus dies non apponi-

10.

11.

12.

## 220 De translat. dominij per promissionem.

tur, praesenti die rem deberi. Sed illud *statim*, mortal, & benigno modo interpretandum est, hoc est, cum primum commode fieri possit, iuxta prudentis arbitrio in vitroque foro, vide glossam, & Doctores ad textus hic citatos.

13. Cum addis *deliberate*, intellige deliberatione plena, qualis est illa, quæ sufficit ad peccatum mortiferum, & quæ ad votum validè emitendum requiritur, ita docet *Nauartus in summa Lat. cap. 18. num. 7.* Molin. *tom. 2. de iust. diff. 267.* vnde si cum semiplena deliberatione, & consensu promissio fiat, non obligabit ad rei effectum, nec sub peccato veniali, quamvis cum illa venialiter peccetur; & ratio est, quia cum obligatio promissionis ex mera voluntate suscipiatur, rationabile est, ut in favorem promissionis nullo modo censeatur suscepta, nisi promissor in illa perfectè consenserit. Confirmatur, quia, ut ait *Gabriel in supplemento ad 4. dist. 38. q. 1. art. 1.* votum Deo nuncupatum cum imperfecta, & semiplena deliberatione, nec sub culpa veniali obligat. Nec verò *Caietanus in summa, verb. persidia*, huic doctrina contradicit, dum ait ex imperfectione actus posse fidei fractæ peccatum dari veniale: quia loquitur de imperfectione concerneiente ipsam fidei fractionem, non obligationem.

14. Sequitur, *de re licita, & bona*, hoc est, *de re possibili*, ne promissio sit vana, & stulta. Nam in impossibili non constituitur obligatio: nemo enim ad impossibile obligari potest, ut est per se notum, & habetur *reg. 6. de regul. iur. in 6. continetur etiam in his verbis*, quod non sit mala, ita quod sine peccato promitti, & sine peccato prestari queat, seu impleri, quia non potest contrahi obligatio ad peccatum patrandum: vnde *cap. in malis 22. quest. 4. hz sententia ex D. Isidoro refutuntur. In malis promissio rescinde fidem. In studio voto. muta decretum. Impia est promissio, que scelere adimpletur. & cap. vti de patetis. Omnis promissio, aut pactio turpis traditur invalida.* Et consonat expressio ius Cæsareum, si stipuletur. I. generaliter *ff. de verb. oblig.* ibi, generaliter nouimus turpes stipulationes nullius esse momentis.

15. Si tamen res promissa ex parte sit possibilis, & licita, ex parte impossibilis, & illicita, valida erit, quoad eam partem licitam, & possibilem: invalida, quoad aliam. v. c. Promissio prodigæ donationis absque dubio obligabit inter eam quantitatem, quæ sine prodigalitatis virtu donati potest. Patet ex *reg. 37. de regul. iur. in 6. ibi, utile non debet vitari per innobile.* & ex *§. quod si quis, Institut. de innibili stipulat.* vide *Bartolum in l. 1. ff. de verborum obligat.* & *Panormi in cap. dilectus, n 6 de proband.*

16. Ceterum hic difficultas est, virtùm omnis promissio contra legem prohibentem facta, sit irrita ipso iure; videtur enim affirmandum ex *l. si stipuletur, & l. non dubium, C. de legib.* & ex *cap. vides, distinct. 10. & ex regul. 64. que contra ius, ff. de regnis iuris in 6. ibi, qua contra ius sunt, debent usque pro infectis haberi.* Nihilominus resoluendum est non omnem promissionem legi contrariam, atque adeò illicitam, esse irritam, & invalidam: irritam tamen, & invalidam esse illam, cuius impletio est illicita, peccatumque sive mortale, sive veniale. Prior pars patet exemplo illius, qui post simplex castitatis votum matrimonium contrahit; licet enim contra legem voti illud contrahat, tamen matrimonium non est irritum, sed validum: posterior pars patet ex eodem voto, quia post matrimonium contractum potest reddere, eo quod in redditione debiti nullum sit peccatum, non potest tamen petere eo quod in petitione detur peccatum. Quare certum est, imò certo certius, omnem pro-

missionem, in cuius impletione cernitur peccatum, non valere, eo quod ad peccandum nulla obligatio valida esse potest, ut pater ex his quæ diximus ex D. Isidoro num. 14. nam promissio cum sit de re licita, non est vinculum iniquitatis, & ad illicitum obligari non potest. Notabis tamen esse quasdam leges purè prohibituas, quæ prohibent actum, sed non annullant, neque irritant illum; alias verò esse purè irritatuas, quæ contra priores sunt, validè sunt, licet illicitè sunt, quia leges simpliciter prohibituæ non annullant actum ex vi ipsius prohibitionis. Quæ verò contra posteriores sunt, invalidè sunt, & illicitè, quia irritant, & sunt irritatiua omnium actuum qui contra illas sunt. Et sic omnis lex irritatiua, simul est prohibitiua; non tamen omnis lex prohibitiua, est irritatiua: atque adeò resoluendum est legem purè prohibitiuam nunquam irritare actum. Ita illustrissimus *Cunha Archiepiscopus Bracharenensis, nunc Olyssipponensis, in decretalibus ad cap. vides, dist. 10. num. 2. fol. 57. col. 2. Soates de legibus, lib. 5. cap. 27. num. 6. Valsquez 1. 2. diff. 164 cap. 3. quos ipse citat.* Si lex prohibitiua procedit ad penas, non obligant penæ, nisi post latam iuris sententiam: vnde non placet *Gregorius Lopez partia 5. tit. 11. leg. 28. glossa 7.* quatenus ait omnem legem simpliciter prohibitiuam semper censi haberi intrinsecè, & ex sua natura clausulam derogatoriam, & esse annullatiuam actuum, quos prohibet, quod plane falsum videtur; nam mens legislatorum ex verbis legis desumenda est, & aliud est prohibere, aliud irritare: frustra enim & superflue conderent Principes leges irritatiuas, si omnes leges prohibitiuæ irritatiuæ simul essent, ut de se patet.

Hæc particula, *de re licita, & bona*, de qua hæc tenus, petit aliam difficultatem, an promissio de re bona, sed tamen maioris boni impeditiua sit valida? Nam *Caietanus 2. 2. quest. 23. §. ad borum evidentia*, non obscurè negat, dum obiter ait, quidquid aut malum, aut majoris boni impeditiuum est, sub fidem, & promissionem cadere non posse; quod tamen ex aduerso videtur affirmandum. tum, quia promissio facta alteri personæ de contahendo cum illa matrimonio, est valida, & tamen bonum matrimonij impedit maius bonum status continentia, & professionis Religionis: ut, quia Theologi inter promissionem Deo, aut homini factam, solent hanc distinctionem facere, quod facta homini sit valida, etiam de minori bono impeditum maioris; secus autem de promissione facta Deo, eo quod Deo non possit esse magis gratum, quod est minus bonum, homini autem possit. Itaque promissio facta homini, sufficit quod cadat in rem bonam, & sit de re bona, & licita, quamvis interdum ob maius bonum poterit postponi, qua ratione qui fidem dedit, & promisit alteri matrimonium, potest Religionem ingredi.

Hic etiam consequenter ad hanc particulam, *de re bona, & licita*, tractari poterat illa difficultas, an quando promissio est de re non aliunde mala, quam quod ex turpi causa, & sine vitio, ut cum promittitur alteri pecunia pro homicidio pattando, pro assequenda fœmina ad concubitu, &c. obliget; sed hanc difficultatem commodius tractabimus infra cap. 4.

Vtima particula definitionis est, *de re grata ei, cui sit promissio*; quia cum in gratiam illius fiat, si illi incommoda sit, aut omnino ingrata illius impletio, cessabit omnis implendi obligatio: ex doctrina haec tenus tradita colliges tres conditiones, quæ in iuramento promissorio requiruntur, nimirum,

17.

18.

19.

rum, iustitiam, indicium, & veritatem, etiam in simplici promissione exigi. Debet enim esse in primis iusta, hoc est, de re licita, & bona, quia si de re iniusta fuerit, iniulta, & iniqua erit. Debet esse cum iudicio, & discretione facta; quibus verbis inter alia includitur, quod res sit grata promissario. Debet esse vera, id est, quod promittens dum promittit, fidei non promittat, & verum habeat animum promittendi, praestandique promissum, iuxta ea quae diximus num. 3.

<sup>30.</sup> Ceterum priestare fidem, & implere promissum non tenetur promittens, si mutetur status personatus, & negotiorum, ut cum Seneca, & Tullio obseruat D. Thomas 2. 2. quest. 10. art. 3. ad 5. Caietanus. quest. 88 art. 1. Et quest. 113. ad finem commentarij. Nauart. in Sionna Littera cap. 18. num. 7. Sotus lib. 7. de iust. quest. 2. art. 3. ad 1. quod intellige de notabili mutatione, ut si res promissa facta sit impossibilis, vel illicita, vel inutilis, vel ingrata, & perniciosa promissio; ut, v. c. si promissus ei esset enus, & ipse tempore petitionis in insaniam vertetur, aut illum peteret ad occidendum alterum. Item si multum difficulter reddatur promissori, ut si promisit jte aliquod, & postmodum grauia negotia ei occurserint. Denique omnis ea difficultas, sive superuenientia, sive iam existens, que si occurrisset, & sciret, vel ipso non promisisset, vel eam casum exceperisset, soluit vinculum & obligationem promissionis. Et ratio est, quia promissio non nisi ex voluntate promittentis vim habet; quare non obligabit ultra illius voluntatem, & intentionem rationabiliter interpretatam, & sicut per equitatem excipimus a lege absolute lata eos casus, quos verosimile esset ipsum legosum formaliter, aut virtualiter voluisse excipere, ita interpretari debemus promissionem, que est quasi lex, quam promissor sibi imponit, atque ipse erit apertissimus sui promissionis interpres; si testetur mente suam non fuisse in hoc, vel illo casu sive cogitato, sive non cogitato se obligare. Oportet ergo, ut ait Caietanus loco citato ad. questionem 113. considerare impedimenta superuenientia, & confesse illa cum re promissa, & ex huiusmodi collatione facta, quod recta ratio honestum suaserit, id exequi perpenitus etiam aliis circumstantiis.

<sup>1.</sup> Supradictum in hoc capite resoluendum cuiusnam virtutis actus sit promissio, & promissionis impletio? Promissio igitur, ut de illa haec tenus egimus, est actus liberalitatis; promissionis tamen solutio ad fidem, seu fidelitatem pertinet, que virtus, auctore Tullio de officijs lib. 1. fides dicitur, quia per eam fiunt dicta, & ab eodem ibi definitur, dictorum conuentorunque constantia, & veritas; & ideo ipsa promissio, ut a promissore procedit, fides definitur, est fidei datio, &c. ut a promissario acceptatur, dicitur veritas, & fides, seu promissio ad liberalitatem: impletio vero, & acceptatio illius ad veritatem pertinet, iuxta illud Virgilianum, Accipe, dague fidem, ubi datio, & acceptio tanquam quid diversa virtutis ponitur. Difficultas tamen est, utrum fides, seu fidelitas sit diversa virtus a veritate, an potius cum veritate coincidat? Hoc posterius tenet Caietanus allegatus, mihiique etiam placet, quia eiusdem rationis esse videtur verum dicere, & dicta implere, seu verificare. Illud enim, hoc est, verum dicere, est adaequare dicta menti: hoc, id est, dicta verificare, & implere, est adaequare facta dictis, & constat ex eo quod illos homines, qui fidem datam exoluunt, appellamus veraces, & ideo in definitione Tullij, fides, definitur fides dictorum. Denique D. Thomas 2. 2. quest. 80. art. unco ad 3.

Fagundez de iustitia, &c.

expressè ait fidem, per quam fiunt dicta, includi in veritate. Vnde etiam colliges hanc fidei virtutem, residere in voluntate; quidquid hac de re dicat Sotus lib. 7. de iust. quest. 1. art. 2. ad finem, dum ait promissionem pertinere ad intellectum, & ad partem quandam prudentiae; nam veritas, cum qua fides coincidit in voluntate sedem habet, docente eodem D. Thoma 2. 2. quest. 109. art. 3. ad 2. ex Aristotele 2. Ethicor. cap. 7.

22.

art. 1. dicat promissionem esse actum rationis, id enim intelligit de promissione sumpta naturaliter, sicut & manifestatio veritatis eodem modo ad intellectum pertinet, cum quo stat, quod formaliter tam promissio, quam veritas in voluntate consistat, quatenus scilicet intendit verum in ipsis dictis, & promissis per intellectum ordinatis, præterquam quod promissio non est actus fidei, sed ipsa promissionis impletio, ut dictum manet. Verum illud difficile apparet, fidem coincidere cum veritate, cum veritas deficiat a propria ratione iustitiae, eo quod non respiciat debitum legale, sed morale, in quantum, scilicet, unus homo ex honestate debet alteri manifestationem veritatis, ut docet D. Thomas illo art. 3. quest. 109. at verò fides propriam iustitiae rationem sortiatur, cum versetur circa debitum rigorosum, quale est secuare promissa, atque adeò dicatur à Tullio totius iustitiae fundamentum, pro cuius difficultatis explicatione distinguenda est duplex promissio ex intentione promittentis. Altera, si ille se intendat rigorose obligare. Altera, si solum ex honestate, & decentia morali; & in primo casu dicendum est ipsam fidem implementem promissa, esse ipsam propriam iustitiam, cum versetur circa reddendum alteri legale debitum: in secundo vero coincideat cum veritate, & hoc secundo modo, fidem sumptus D. Thomam, quando eam in veritate inclusit, quod vel inde colligas; quia quest. 88. citata, art. 3. ad primum, ait secundum honestatem ex qualibet promissione hominem homini obligari. Merito tamen hanc solum fidem acceptiōem videtur curasse, quia, ut ait Caietanus quest. 88. art. 1. communiter homines ex simplici promissione non intendunt se obligare rigorose, sed solum de quadam honestate; ita quod si promittant, presius urgetur, quam si non promitterent, & id ipsum ait Sotus num. 4. d. 10. quest. 1. art. 1. Promissio simplex, inquit, ex genere suo non obligat sub reatu mortali, secus tamen videtur sentire lib. 7. de iust. quest. 2. art. 1. cuius signum est, quia jurare promissionem scep̄e renunt homines, non alia de causa, nisi quia ligare se strictius nolunt, arbitrantes ex simplici promissione se non teneri, nisi ex quadam honestate morali, atque hinc fortè est quod promissiones parum estimantur, iuxta illud,

Promissis diues quilibet esse potest.

Et fides, que in huiusmodi debito spectatur, fundamentum iustitiae appellatur. Si quidem fides, que debitum legale respicit, est ipsissima iustitia, dicitur tamen illa fundamentum iustitiae, quia homines veraces in soluenda fide de honestate solum obligante, à fortiori fidem de rigore iustitiae adstringentem seruabunt: quomodo autem, & quatenus obliget promissio acceptata, an ex iustitia, an fidelitate, capite sequenti agemus.

\* \*

## 222 De translat dominij per promissionem.

### CAPUT II.

Vtrum promissio simplex acceptata obliget ex iustitia, an ex fidelitate, & si ex fidelitate, in qua quantitate obliget ad mortale.

1. Ex accidenti obligat promissio de iustitia ad refectionem damni dari ob id, quod quis promissionem frangat.
2. Simplex promissio, etiam acceptata, obligat ex fidelitate tantum.
3. Procedit ex mera gratia & liberalitate.
4. Non includit ex sua natura actualem aliquam rei donationem.
5. Quando sit per scripturam publicam, aut per schedulam, an obliget ex iustitia. ibid.
6. Pendet ex voluntate permittentis, qui potest se obligare ex iustitia, vel ex fidelitate, pro ut maluerit; dum tamen specialiter se non obligat ex iustitia, manet obligatus ex fidelitate, & honestate.
7. An post acceptationem transeat in pactum iustitiae, seu fidelitatis.
8. Referatur opinio afferens obligare ex iustitia, que est probabilissima.
9. Solvuntur fundamenta huius opinionis.
10. An in foro externo tribuat actionem promissaria contra promittentem. ibid.
11. Promissio acceptata transit in pactum fidelitatis, non iustitiae.
12. Promissarius per acceptationem in foro conscientiae non acquirit ius iustitiae contra promissorem.
13. In qua quantitate obliget sub mortali, supposito, quod ex fidelitate tantum obliget.
14. Promittens gratis, & liberaliter matrimonium sine reciproca promissione illius, an teneatur ad promissionem sub mortali.
15. An promissio simplex gratis, & liberaliter facta ex genere suo obliget sub mortali, licet ex parte materia venialiter tantum obliget, & n. 14.
16. Si promittens intendat se obligare omnino, & quantum potest, censendus est se voluisse obligare ex iustitia.
17. Obligatio fidelitatis heret persona promittentis, & non transit ad heredes illius.

**O T A R I** velim primo, neq; ipsem, aut paucissimos dubitate peccatum esse mortiforum frangere promissionem, & teneri ad restitutionem iustitiae rigorosae violatorem promissionis simplicis ex accidenti, quatenus, scilicet, ex violatione illius sequitur notabile damnum alteri: vt si promisisti alicui centum aureos mutuos, & ille tuus promissioni fidens, non sibi prouidit aliunde, ex quo graue in rebus suis detrimentum passus est, teneris ad restitutionem, quia fuisti illi causa damni efficax, & qui alteri est causa damni efficax, damnum dedisse videtur, ita Sancius lib. 1, de matrim. disp. 5. num. 1. Status igitur huius questionis est, quando ex promissione non impleta, nullum aliud sequitur damnum proximo, quam carere te promissa, an tunc promissio obliget ex iustitia, an ex fidelitate, & quae quantitas, si ex fidelitate

tantum obliget, sufficit ad mortalem culpam.

Sic statuo primo, simplex promissio etiam acceptata, ex genere suo non obligat ex iustitia, sed tantum ex fidelitate, & honestate morali, nisi promittens ex speciali intentione sua de iustitia se velit obligare, ac proinde promissor violando promissionem, non est mendax, nec iniustus, sed est tantum infidelis, & mutator voluntatis, nec peccat contra iustitiam, sed contra fidelitatem. Quod non sit mendax, sed infidelis tantum, patet, quia quando promisit, verum animum habuit promittendi, implendique promissum, vt supponimus, & postea si mutauit voluntatem, & fidem alteri datum violauit, non quidem mentitur, sed fidem frangit, & ideo infidelis est, ad nullam restitutionem ex iustitia obligandus est directe, & ex vi promissionis. In hac tamen violatione pro quantitate rei magna, vel paruus promissio, & pro qualitate personarum culpa mortalis potest dari commissa contra fidelitatem homini debitam, ex quadam honestate morali, haec sententiam sic explicat tener Sores in 4. dist. 20. quest. 1. artic. 2. Soares de auxiliis disp. 2. sect. 2. fol. 412. Molina tom. 2. de iust. disp. 262. §. illud deinde, & §. illud postremo. Azor tonno 1. lib. 11. cap. 5. ques. 3. in fine. Hentigues de excommun. lib. 13. cap. 17. §. 1. D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. Caietan ibi addit tamen Caletanus, promissionem simplicem, cum obliget ex fidelitate tantum, semper obligare sub veniali, numquam sub mortali, etiam in quacumque quantitate magna, in quo fallitur, nam pro varietate rei magna, vel paruus promissio, peccatum erit mortale, vel veniale, vt docet Nauarrus in summa lat. cap. 17. num. 6. Azor, & Molina locis allegatis, qui omnes docent promissionem violatam in te, & quantitate que in foro conscientiae sufficeret, ad culpam mortiferam sufficere, etiam in promissione, sed de hoc statim dicemus. Addit vero Soares tom. 2. de religione lib. 4. de voto, cap. 16. & num. 2. promissionem etiam iuramento confirmatam, non inducere obligationem iustitiae, quia iuramentum non addit nouum vinculum iustitiae erga homines, sed religionis erga Deum.

Probatur haec conclusio, & opinio, primo ex fundamento Moling citati, quia simplex promissio est gratuita, & merita liberalis fidei datio, & ex mera liberalitate procedit; ergo non est credendum voluisse aliquem ex promissione sua liberali tribueret aliis ius iustitiae aduersus se ipsum, unde in potestate promittentis erit, velle se ex particulari intentione sua ex iustitia obligare; quando ergo non constat de hac speciali intentione, credendum est voluisse tantum se pro foro conscientiae ex fidelitate obligare, & in conscientia standum est intentioni promittentis. In foro vero extero conjecturis videntur est, nam si publica scriptura, vel chirographo a se subscripto quis diceret, Promitto, vel me obligo ad hoc, vel illud tibi dandum, censeretur in foro externo voluisse se obligare ex iustitia, & non ex fidelitate, hoc est fundamentum Molinæ.

Probatur secundum ex fundamento Soarij, quia simplex, & pura promissio, non includit ex sua natura actualem aliquam donationem, sed puram & meram obligationem fidei faciendi, vel donandi aliquid in futurum; ergo non includit obligationem iustitiae; obligatio enim iustitiae in te ad me, requirit in te ius aduersum me. Ante promissionem vero nullum ius habebas in me. Post promissionem acceptatam, nihil tibi dedi, sed me obligauit de dando in futurum, & promisi me daturum, nihil tamen dedi, alioquin ea promissio simplex, esset donationis actualis, non pura, & simplex promissio. Dices, defici

disti mihi ius? Id ego nego, quia illud ius, moraliter loquendo, est quædam res, que à iuris peritis, res incorporalis appellatur, ac prænde si promissio de futuro ius iustitiae induceret, iam non esset promissio de futuro, sed alicuius rei donatio: & ad summum si quod ius tibi dedi, fuit ius quoddam morale inducens obligationem moralem, qua ego teneor ex fidelitate, implere fidem meam, quam tibi obligauit.

5. Tertio probatur, quia promissio liberalis pender ex voluntate promittentis, qui potest nolle in praesenti se obligare ex iustitia, sed tantum fidem suam date, & obligare per illam, & ita de facto se homines cum promittunt obligant, nisi aliunde ex speciali intentione per eam promissionem se velint ex iustitia obligare, quia cum tota ea obligatio pendeat magis ex intentione promittentis, quam ex verbis, non est dubium posse illum, hoc, vel illo modo, se obligare ex iustitia, aut ex fidelitate, pro ut maluerit, iuxta ea, quæ diximus, & auctores, quos allegauimus cap. præcedenti num. 3.

6. Neque obstat promissionem acceptatam transire in pactum duorum, promittentis, scilicet, & acceptantis, eo quod constet ex consensu duorum: pactum enim nihil aliud est, quam consensus duorum, vel plurium in idem. ex quo pacto nudo, oritur ciuilis obligatio aduersus contrahentes illorumque heredes, vt constat ex l. si quis argentum, §. ultim. C. de donat. & ex lib. 4. ordinationum Lusitanian. titul. 70. in nouis, & ex iure canonico in cap. 1. de patellis. Non obstat, inquam, quia iura presumunt promittentem habuisse animum, se ciuiliter, & ex iustitia obligandi, & ideo ciuilem tribuant actionem aduersus illum post acceptationem promissionis, & aduersus illius heredes ad soluendum promissum, illosque ex iustitia obligat. Nos vero loquimur de obligatione ex natura rei, & naturali, que oritur ex vi talis promissionis, seclusa dispositione intis ciuilis, vel canonici: dicitur autem pactum consensus duorum, vel plurium circa idem, iuxta materiam subiectam fidelitatis, vel iustitiae, vt statim patet: vnde est pactum fidelitatis, & pactum iustitiae.

7. Sunt tamen multi Doctores, & grauissimi, quorum opinio est probabilissima, qui tenent promissionem gratuitam, & liberalem acceptatam obligare ex iustitia promittente, inter quos est Sancius tom. 1. de matrim. lib. 1. dist. 5. num. 20. & num. ultimo, affirmans in potestate promittentis esse, vel le se obligare vel ex iustitia, vel ex fidelitate, dum tamen expressam hanc voluntatem se obligandi ex iustitia, aut ex fidelitate non habet, sed simpliciter promittit rem notabilem, & talis promissio acceptatur, ait eam promissionem sic acceptatam obligare ex iustitia rigorosa, non ex fidelitate, modò naturam promissionis ipse non ignoret, hanc sic explicatam tenet etiam Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. dubit. 8. num. 55. Nauarrus in summa Latin. cap. 18. num. 6. Sotus lib. 7. de iust. quest. 2. art. 1. ad 1. Co. uarr. in cap. quamus pactum, part. 2. 5. 4. num. 24. & 25. Angelus verb. pactum. num. 4. Richardus in 4. dist. 38. circa tertium principale quest. 3. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 1. §. 4. Sylvestris codem verb. quest. 4. & verb. lex quest. 10. & alij, quos citat Sancius, apud quem illos videre poteris. Fateor hanc opinionem esse communiorum apud viriusq; iuris Doctores, & suadetur ex validissimis fundamentis. Primo, quia omnis promissio acceptata tribuit actionem in foro externo promissario aduersus promittentem, & promissor cogitum illam implere, & illius heredes ad id etiam coguntur, vt

omnes Doctores tradunt; ergo inducit strictam, & rigorosam obligationem iustitiae. Secundo, quia promissio acceptata transit in pactum; pactum enim nihil aliud est, quam consensus duorum, vel plurium in idem, vt probat lex 3. ff. de verbis. obligat. & docet Rebellus 2. part. de obligat. iustit. lib. 18. quest. 1. initio, & Sylvestris verb. pactum 1. vnde cum promissio acceptata nihil aliud sit, quam consensus acceptantis, & promittentis circa rem promissam, sine dubio transibit in pactum iustitiae post acceptationem. Tertio, quia repugnat, vt aliquis velit per promissionem se alteri obligare ad aliquid, & nolit ei dare ius ad rem promissam, quia haec duo correlativa sunt; antequam enim promissio acceptetur, non obligat, post acceptationem verò iam obligat. Requiritur ergo acceptatio, vt obliget, & non alia ratione requiritur, nisi quia promissarius per acceptationem promissionis acquirit ius in rem promissam.

8. Sed huiusmodi fundamenta licet valida videantur, facile tamen soluuntur.

Ad primum respondeo promissionem acceptatam tribuere promissario aduersus promittentem actionem ciuilem in foro externo, & inducere obligationem iustitiae in eodem foro, quia præsumunt iura, promittentem voluisse se promissario ex iustitia obligare, & meritò id præsumunt, quia constat de promissione, & acceptatione, & non constat de intentione; at secus in foro conscientia, & ex natura promissionis gratuitæ; natura enim promissionis gratuitæ, & liberalis non est tribuere ius iustitiae promissario, sed est tantum obligare fidem, & inducere debitum fidelitatis ad standum promissi.

9. Ad secundam respondeo promissionem acceptatam transire in pactum fidelitatis, ex cuius violatione non resultat obligatio iustitiae; fidelitas enim est obligatio tantum personæ, non bonorum ipsius personæ promittentis, & ideo ex effractione solummodo pacti virinque onerosi, aut facti de re aliunde debita, subsuntur, pullulatque obligatio iustitiae, secus quando est de re omnino liberali, & gratuita, in qua nulla promittens obligatione tenetur, nisi, quam ipse sibi vult imponere; cum ergo non constet voluisse se per eam promissionem ex iustitia obligare, dicendum est esse pactum fidelitatis, quod hato modo dicitur pactum, quatenus est consensus duorum circa idem, vel in idem, hoc est, circa materiam liberalem, & merè gratuitam obligantem ex fidelitate tantummodo. nam solum illud dicitur pactum rigorosum, & ex iustitia obligans, vel adstringens, quod ex utraque parte onerosum est, aut ex materia antecedenter debita: & verò, si velis pactum promissionis liberalis acceptatæ appellare pactum iustitiae, dicitur tunc quidem impropriè, & hato modo pactum iustitiae, quatenus fidelitas est pars potentialis iustitiae, & ad illam renocatur, quatenus alium respicit, vt bene notarunt Soares, & Sotus num. 2. relati.

10. Ad tertium dico verum esse requiri acceptationem, vt promissio obliget, nego tamen causam huius rei esse, quia promissarius per illam acceptationem acquirit ius iustitiae aduersus promittentem; requiritur enim illa acceptatio, quia ante illum erat promissio, veluti suspensa, & tantum conditionata, & per acceptationem transit in absolutam. nam cum illa promissio facta sit in favorem alterius, intrinsecè defert secum hanc conditionem, si illa grata fuerit, & ab eo acceptata; dum ergo non fuerit acceptata, neque ex fidelitate obligabit, quod potest confirmari ex promissione, quam dominus facit seruo

## 224 De translat. dominij per promissionem.

- seruo cui sine dubio ex fidelitate obligatur, non ex iustitia, quia seruus non est capax acquirendi, & habendi ius iustitiae aduersus dominum: ergo similiter potest unus homo alteri obligari, & non ius iustitiae illi conferre, ut docet Soares de auxiliis in relect. liberalis divine, diff. 2. scilicet 2. fol. 412.
13. Rogas primò, supposito, quid promissio acceptata ex fidelitate tantum obliget promittentem: in qua quantitate obligabit ad culpam mortalem? & planè circa hanc questionem Azot p. 1. lib. 11. cap. 5. quas. 3. & Molina tomo 2. de iustit. diffut. 262. & alij, docent promissionem violatam obligare promittentem ad culpam mortalem in materia, & quantitate, quæ in furto esset mortalis. Contrariuero tamen (& merito) sententia Ludouicus Lopez 2. part. instrukt. in noua edit. cap. 180. §. seruo requiriatur, & lib. 2. de contract. cap. vlt ad finem §. at vero, ubi ait cum Reñis quidquam fuerum decem regalium æris, esset mortale in furto, non tantum esset mortiferum in misericordia promissionis liberalis, cum illo consentit Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 13. dub. 8. num. 6. ubi docet maiorem quantitatem requiri in promissione, quam in furto, non tamen declarant hi auctores, quanta requiratur. Plane Sancius tomo 1. de matrimonio, lib. 1. diff. 5. num. 24. credit quadruplo maiorem requiri. Primo, quia obligatio promissionis liberalis multò minor est, quam obligatio furti, perfidia enim, seu fractio fiduci promissæ non auferit rem alienam sicut fursum. Secundo, quia multò minor est iniuria cuius signum est, quia multò gravius queruntur homines de referto ablata, quam de fide data, & in liberali promissione violata: ex quo inferes nimis rigorose locutum fuisse Petrum Nauarram lib. 2. de iustit. cap. 2. in noua edit. dub. 7. corollario 3. num. 329. affirmantem promittentem liberaliter unum sacrum animo se obligandi, & omittentem illud, peccare mortiferè, eo quod detrimentum spirituale, quod inde sequitur, est graue, imò gravius, quam detrimentum temporale. Sed non mihi placet hæc opinio Nauarrei: neque quam damnum spirituale confundendum est cum temporali; alioquin promittens semel orationem Angelicam, peccaret mortiferè, si omittaret, quod non est dicendum; damnum enim illatum cum spirituale sit, antefertur cuicunque temporali: quare ad iudicandum, an sit graue damnum, necne, non conferendum est temporale cum temporali, & spirituale cum spirituale.
14. Promittens tamen gratis, & non per modum contractus matrimonii, quamvis non accedat re-promissio, sed tantum pura acceptatio, tenetur sub culpa lethali fidem seruare, quia est promissio simplex in re grauissima. Sic Sancius tomo 1. lib. 1. de matrimonio, diff. 5. num. 26. Bartholomaeus Ledesma de matrimonio, dub. 8. §. annotare hic oportet primò. Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 1.
15. Dubium tamen hic est, an promissio simplex acceptata, ex genere suo obliget semper sub mortali culpa, an tantum sub veniali, licet ex accidenti obliget ex paritate materiæ sub veniali? Et hac de re duplex opinio circumfertur.
- Prima asserit obligare tantum ex genere suo sub veniali culpa, hanc docet Caietanus 2. 2. quest. 113. art. 1. Sotus in 4. dist. 20. quas. 1. art. 2. ibi, promissio, inquit, simplex ex genere suo non obligat sub reatu mortali. Tabiena verb. paltum, §. 2. Sylvestr. verb. paltum, num. 4. limitatione 1. Richardus in 4. dist. 38. quest. 3. art. 3. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 1. §. 4. Henriquez & alij, quos citat, sed non sequitur, Sancius lib. 1. de matrimonio diff. 1. num. 8. & debent tenere omnes qui dicunt promissionem obligare ex fide-
- litate, quos citavimus num. 2. Fundamentum horam Doctorum est, quia violare promissionem secluso damno tertij, & seclusa intentione nocendi ex obiecto videtur tantum veniale, quia fides humana non obligat, nisi tantum ex quadam honestate morali, & ex quadam decentia personæ, ac promide tantum ex veniali. Potest tamen res tam grauis esse, in qua non seruerur fides, ut mortale sit, ut dictum manet.
- Secunda docet ex obiecto, & genere suo semper esse mortiferum peccatum fidem frangere in promissione, & solum ratione materiæ posse esse veniale: ita Panormitanus in cap. iuramentum 22. quest. 5. & in cap. 1. de patiu, & in cap. 2. si cautio de fiduci instrument. Sotus lib. 7. de iustit. quest. 2. art. 1. Nauarrus in cap. 18. num. 6. in summa Latina. Salomon 2. 2. quasi 4. de marriag. Aragon 2. 2. quest. 62. & alij quos citat Sancius lib. 1. de matrimonio diff. 1. num. 20. & debent tenere omnes qui dicunt promissionem simplicem obligare ex iustitia, quos citavimus n. 7. Probant primo, quia ierunt fidem datam post acceptationem illius, non solum pertinet ad honestatem, & decentiam personæ promittentis, sed etiam ad iustitiam, cum visceretur pactum, quod in consensu voluntatis promittentis, & acceptantis constituit. Secundo, quia promissio, quæ sit coram Notatio, & testibus, vel scripto obligat sub mortali ex obiecto, & genere suo; assentientia autem eorum non addit nouam obligationem, sed supponit illam: ergo promissio de le ad mortale obligat.
- Resolutio sit, non omnem promissionem simplicem obligare sub mortali culpa, sed id pendere ex intentione promittentis, si enim le speciali sua intentione per illam voluerit obligare ex iustitia, mortifera culpa erit non implere illam, nisi patuita materiæ excusat: si autem hoc ex speciali intentione non intenderit, obligabit tantum ex fidelitate, & honestate personæ, atque adeo ex genere suo ex veniali; per accidentem tamen, & ex grauitate materiæ promissæ obligabit sub mortali, iuxta ea, quæ diximus in conclusione num. 2. explicata: constabit autem voluisse promittentem le obligare ex iustitia, si per scripturam publicam, per scriptum, vel schedulam à le subscriptam promisit; quando vero non constat ex instrumento publico, vel scripto, aut schedula assignata à promittente vel aliunde, quod ex iustitia le voluerit obstringere, dicendum est, velle se tantum ex fidelitate obligare, atque adeo ex obiecto suo esse veniale promissionem infringere, quamvis habita ratione grauitatis rei promissæ, & personæ promittentis mortiferum peccatum esse posit, illam infringere. Quia inter personas graues hæc sufficiens causa erit ad puniendum amicitiam, & ad duellum alterum pronoscendum, si id liceret per factos canones.
- Sed quid si promittens se intendat obligare omnino, & quantum potest? Respondeo id sufficiens esse ad iudicandum, voluisse le obligare ex iustitia; sed addo, non solere homines ita se communiquer obligare, cum liberaliter promittunt. Plane Henriquez lib. 3. de excommunicat. cap. 17. §. 5. sic ait: Promissio falla homini per se non obligat ex iustitia commutativa obligatione restituendi rem promissam, sed fides hec obligat sub veniali, ut impleatur solam, si vero quis acceptatam promissionem revocet sine causa, peccat, sed non tenetur restituere, nisi in iudicio consultu. Sic non tenetur Ecclesiastica restituere elemosynas debitas, quia ex fidelitate solam clargiri tenetur. Hæc ille.
- Velim tamen animaduictas ad finem huius capituli, moltum referre non esse hanc obligationem

14.

15.

16.

ex

ex iustitia, sed ex fidelitate tantum : *primo*, quia si sit ex fidelitate, non tenebitur promittens ad testificationem, si promissionem infringat, nec ad haereses illius haec fidelitatis obligatio transferetur. *Secundo*, quia non poterit tunc promissarius in conscientia, sua auctoritate rem sibi vendicare, quae omnia effici poterunt, si obliget ex iustitia, quia obligatio fidelitatis haeret persona, ac proinde extincta persona extinguitur talis obligatio : obligatio autem iustitia est obligatio realis, & non extinguitur cum persona, ita *Salon. tom. 1. de iust. quest. 5. de matrim. art. 3. dubit. 3.* vbi appellat hanc obligationem iustitiae secundum quid, quatenus haec fidelitatis obligatio est ad alterum ; in re tamen afferit esse fidelitatis, & ideo per se & ex vi sua non transire ad haeredes, transire tamen per accidens e modo, quo diximus *num. 1.* Haec in foro conscientiae, nam in foro externo ad haeredes transibunt post latram sententiam, quia presumunt leges voluisse promittentem se ex iustitia obligare. ita *Soares de auxiliis in relect. libertatu dimina disp. 2. sect. 2. fol. 412. ad finem sectionis.*

## CAPUT III.

## Vtrum promissio pure interior facta homini vim habeat obligandi.

1. *Promissio interna est illa, que nec verbis nec signis externis manifestata est.*
2. *Si facta sit Deo, & Sanctis propter Deum, obligat in conscientia.*
3. *Referitur prima opinio afferens promissionem internam factam homini obligare promittentem saltem ad illam manifestandam promissario.*
4. *Præfertur negans.*
5. *Soluuntur argumenta prime opinionis.*  
*Promissio externa habet vim obligandi ab interna, & ab actu interno non pure sumpto, sed pro ut comungitur cum manifestatione externa. ibid.*
6. *Quid promissio externa addat ad simplex propositum.*  
*Quid si promissio interna accedat iuramentum. ibid.*
7. *An cum promissor renelat promissario internam promissionem, opus sit, ut illam renouet, & ratam habeat.*
8. *Promissio externa absenti facta, non obligat ansequam ille eam acceptet, vel alius pro illo de iure habilis ad acceptandum.*  
*Nec obligat promissorem ad illam per nuntium manifestandam, ut dictum manet *num. 3. & 4.**
9. *An possit quis se alteri obligare per actum pure internum, sicut se Deo obligat, & ut se exaluat ab ipsa obligatione, ant teneatur suam promissionem internam illi manifestare.*
10. *Promissio interna facta homini ab initio fuit invalida.*  
*Actus interni non sunt apta signa, ut se homines intelligent, aut communicent. ibid.*
11. *Etiamsi interna promittentis manifestaret suam internam promissionem promissario, non ideo ei maneret obligatus, nisi de novo se vellet per eam manifestationem obligare. ibid.*
12. *Ravis questione est inter Doctores tam Theologos, quam juris canonici peritos, an promissio pure interior facta homini,*

ita promittentem obliget in foro conscientiae, vt in illo teneatur stare promissio, illamque implere, aut saltem illam manifestare promissario, vt post manifestationem promissum implere teneatur. Est autem promissio merè interna illa, quæ nec verbis, nec signis externis manifestata est, sed quæ quis secum interius dicit : Promitto, vel dono equum meum Petro, & inter internas promissiones etiam numerati possunt illæ, quæ sunt verbis, & signis externis, nemine audiente, nec videente.

**2.**  
Et in primis si loquamur de promissione facta Deo, vel Sanctis propter Deum, atque adeò de voto, non est dubium, votum internum Deo, & Sanctis propter Deum nuncupatum in conscientia valere, & obligare. Votum enim internum, quod nihil est, quam promissio interna facta Deo, obligat, vt in materia de voto in primo nostro tomo Decalogi ostendimus ; est enim Deus inspector cordium, iuxta illud *1. Reg. 16.* Homo vider ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor ; & illud *Psalmi 7. scrutans corda, & tenet Deum* ; & illud Christi Domini ad Pharisæos, *Quid cogitatis mala in cordibus vestris, Luke 7.* cùm autem solus Deus internas hominum cogitationes agnoscat, intentionesque & vota, illa acceptat, si sint de re bona melioris non impeditiva, & reliquias conditiones habeant, quæ ad votum requiruntur. His positis,

**3.**  
Veniamus iam ad rem. Circa hanc questionem duas inuenio opiniones.

Prima docet promissionem pure interiorem factam homini obligare in conscientia, (de quo foro solum loquitur) promittentem, eam tenent *Sancius de matrim. lib. 1. diff. 3. num. 4.* vbi dicit esse probabilem, *Aragon. 2.2. quest. 88. art. 3.* Angles in florib. part. 2. quest. 1. de voto, artic. 2. difficult. 4. Anton. Diana tract. 5. miscellan. resolut. 1. 16. Ledesma 2. 4. quest. 18. art. 1. dub. 1. 3. & primus, qui eam rem in dubium vocavit, fuit *Sotus lib. 1. de iustit. quest. 2. art. 1. ad 1.* qui validis rationibus pro ea pugnat, illamque problematice defendit ; sed tandem in contrarium inclinat. His fundamentis persuasus eam defendit *Ledesma.* Primo, quia promissio interna, exteriori signo declarata obligat, nec tamen ex vi signi externi, sed ex vi conceptionis internæ per illud significatur ; ergo ipsa interna promissio per se ad obligandum sufficit. Confirmatur, quia per se notum est talen promissionem non obligate in foro externo, cùm secreta cordis in eo foro indicati nequeant : in foro autem conscientiae, in quo sola veritas attenditur, necessariò debet obligate promissio pure interior cum debitibus circumstantiis facta. Secundo, quia promissio interior aliquid addit supra simplex propositum, nec aliud viderit addere, quam vim obligandi ; ergo illa obligabit sub reatu mortali, quia si talis promissio iuramento confirmetur, ligabit, cùd igitur iuramentum promissorum non obliget, nisi ratione promissionis, sequitur illam per se obligare. Tertio, quia si quis promissionem preconceptam postea promissario significaret, dicens, Ego tibi nihil modo promitto ; sed heri apud me hoc tibi pollicitus sum. Vide modò an illud acceptes ; eo acceptante, promissor manebit obligatus, non nisi virtute praecedentis promissionis ; ergo illa obligabat. Quartò, quia promissio interna perinde se habet, atque externa absenti facta, sed haec obligat in foro conscientiae ; ergo & illa. Accedit confirmatio ex *l. 3. §. manumittenda, ff. de acquir. possess. quatenus ibi habetur solo animo amitti posse possessionem ; quare igitur non sufficiet solus animus ad inducendam obligationem promissionis pure interioris.*

Secunda

## 226 De translat.dominij per promissionem.

4. Secunda opinio verior, & indubitata, docet, quodius promissio homini facta, est purè interior, non obligare, etiam in foto conscientiae. hanc tenet D.Thomas 2.2.quest.88.art.1. vbi, *promissio, inquit, que ab homine fit homini, non potest fieri, nisi per verba, aut alia exteriora signa: Deo autem fieri potest per solam internam cogitationem.* & in 4. distinet 38.quest.1.art.1. *quod si unica 2. vbi ait, non posse quenquam alteri obligari sola voluntate, nisi ei soli, qui voluntatis est agnitor, qualis est solus Deus. eam docet etiam Tannerus 2.2. D. Thomas, disput.4.quest.1.dub.5.num.59. Basilius Pontius de matrim lib.2.cap.6.num.9 Panormitanus in cap. literaturam, de voto, num.1. Turrecremata ad cap.1. 17.quest.1.§.12 Abulensi ad cap.5. L. istici, quest.4. & ad cap.30. Numerorum, quest.44. Rosella verb. votum 1. §.1. Tabiena verb. votum 1. §.4. & clarius verb. dispensatio. Molina tomo 2. de iustit. disput.266. Lessius tomo 1.lib.2.cap.18. dubit.5.num.28. & 30. Rebellus 2.part. lib.18. quest.1.§. ex dictis colliges. Probatur primo, quia homines non nisi per signa externa se communicant, aut per verba, neque enim sunt Angeli, ut per signa interna, & per directionem intentionum se communicate possint; ergo naturæ hominum consonum est, ut nemo se alteri possit obligare, nisi per verba, & signa externa, quibus cum illo communicat. Confirmatur, quia obligatio vius ad alterum fieri non potest absque concurso utriusque voluntatis: dum autem promissio interna est, voluntas promittentis promissio ignota est, ac proinde sola voluntas promittentis concutit, & deest concursus voluntatis promissarij, ut obliget, cum obligatio non fiat, nisi ex utriusque voluntatis concutu. Secundo, quia leges tam communes, quam particulares, cuiuscumque Reipublicæ, nullam donationem, & à fortiori promissionem tam habent, & irreuocabilem, nisi illam, quæ extra animum eriperit, & legitimè acceptata fuerit, ut probat lex, *nuda ratio, ff. de donationib. ibi, nuda ratio non facit aliquem debitorem, ut pura, quod donare libero homini volumus, licet referamus in rationes nostras mentales: tamen nulla donatio intelligitur.* Ergo agnoverunt legislatores promissionem purè interiorem non obligare promissorem, sed renocari liberè ab eo posse. Ad hoc argumentum sunt, qui dicant, iure quidem positivo humano promissionem internam inhabilem esse ad inducendam obligationem pro foto externo, atque adeò de facto non obligare. Stando tamen præcisè in iure naturali habere illam vim ad obligandum pro eodem foto naturali conscientiae, in quo sola veritas attenditur. Convenientius tamen dicentes ius positivum in ea re explicate ius naturale, illudque fuisse secutum, dum enim promissio interna intra mentis latebras promittentis latet, & illam promissarius non agnoscit, acceptaque, périnde est, ac si nunquam talis promissio daretur. nam non apparetis, & non entis in rebus mortaliibus, eadem est consideratio. Tertio, quia actus interni non sunt idonea signa ad alteri significandum; ergo neque idonea instrumenta ad alteri se obligandum. nam aptitudo ad se obligandum fundatur in significacione; quare si non sunt idonei ad significandum, nec etiam erant idonei ad se obligandum. Quarto, quia talis promissio non est acceptata: promissio autem non acceptata, neque in foto solo, neque in foto poli obligat; promissio enim est de te grata promissio, dum vero non est ab illo acceptata, nescimus, an ei possit esse grata, quod enim gratum est vni, ingratum est alteri. Quinto, quia ponderari ad idem potest ill-*

Iudicium Proverbiorum 6. Si responderis pro amico, tu defixisti apud extraneum animam tuam, & illaqueasti es verbi oris tui, &c. Vbi expressè supponitur, non posse unum hominem alteri suam fidem obligare, nisi per verba, aut per dexteræ protectionem, hoc est, per signa externa. Demum accedit etiam sensus communis hominum, etiam timoratorum, qui nequaquam per actus internos se obligatos aliis reputant. Et sane ex opposita doctrina in grauissimos scrupulos, & perplexitates conicerentur.

5. Sequitur, ut argumenta facta pro prima opinione soluamus.

Ad primum argumentum dicendum promissionem externam habere vim obligandi ab actu interiori non purè sumpto, sed ut coniungitur cum ipsa externa manifestatione; imò, & cum acceptatione, ut infra videbitur. Ad confirmationem dicendum, in foto conscientiae ad solam nudam, & simplicem veritatem attendi, non dari tamen veram, imò nec ullam promissionem veram, vel falsam, dum promittens in verba, aut signa externa non prodit.

6. Ad secundum respondeo promissionem purè internam addere ad simplex propositum imperfectam quandam, seu inchoatam obligationem, sed tamen reuocabilem ad libitum promittentis, ut magis infra explicabitur. Ad id quod additur, accedente iuramento licet promissioni internæ homini factæ, resultare obligationem implendi promissum; respondeo id verum esse, sed non ex vi promissionis interiori, sed ex vi iuramenti. Nam quod in argumento, & confirmatione supponitur, iuramentum promissorum non habere vim obligandi, nisi ex promissione interna, falsum est; doctrina enim certa, & communis est promissionem latroni incutienti metum & vim, factam, & iuratam obligare ante relaxationem ipsius iuramenti, & tamen constat eam obligationem non oriiri ex vi promissionis, cum promissio seclusa à iuramento, vi, & metu, graui extorta, nulla sit omnino, sed ex vi iuramenti sit valida; ne, scilicet, reddatur falsum, cum licet seruari possit. Similiter ergo in nostro casu, si quis promissionem intra se alteri factam iuret, aut Deo voveat se illam impletum, manebit obligatus ratione solius voti, aut iuramenti, non ratione promissionis, & ideo relaxato voto, vel iuramento, irrequiso, imò & inuitu promissario, quantumcunque illius intercesset impletio, cessabit tota obligatio; signum ergo erat non oriiri eam obligationem ex promissione, sed ex iuramento, vel voto.

7. Ad tertium dices, si ille promittens, persistens in promissione præconcepta, eam aperiat promissario, & ille illam acceptet, teneti ad illius impletionem, licet non renouet promittendi animum, quia iam promissio interna soletta est complementum requisitum, ut obliget, inde tamen non sequi ante illud complementum obligationem aliquam contrahi, sed liberum esse promittenti reuocare suum internum decretum, quandiu non ita est consummatum.

8. Ad quartum dices, promissionem externam absenti factam non obligare, antequam promissarius illam acceptet, vel alius, qui de iure possit acceptare pro eo. Ad illum textum ibi adductum dicendum est plus requiri ad acquirendum sibi, vel alteri aliquod ius, quam ad amittendum iam acquisitum.

9. Oppones, & efficaciter, promissionem internam non habere vim ad dandam rem promissam, habere tamen

tamen vim obligandi in conscientia ipsum interne promittentem ad manifestandam promissario promissionem suam, ut si acceptetur impleatur; quia qui liberaliter promittit, sibi imponit obligationem dandi; hanc autem obligationem sibi quisque imponere potest per actum pure internum, ut patet in voto interno, in quo quis obligatur Deo; ergo ut se exoluat ab ipsa obligatione, tenetur illam manifestare promissario; ergo obligat per se primò ad manifestandum, quia ex defectu manifestationis non acceptatur. Planè propter hoc fundamentum Ledesma 2.4. quest. 18. artic. 1. dub. 13. Diana, Sotus, Aragonius, Sancius, Angles, & omnes citati pro prima opinione, affirmant promissionem internam obligare promittentem in conscientia ad hanc manifestationem. Molinæ tom. 2. de iust. diff. 266. non omnino displicer hæc sententia, quamvis ille contrarium teneat: nec displicer etiam Soto lib. 7. de iust. quest. 2. art. 1. ad 1. quamvis contrarium ille etiam sequatur, cum Soto consentit Victoria in commentarijs ad 2.2.

10. Negandum tamen est promissionem pure interiorum ad eam manifestationem promittentem obligare, & dicendum illam ab initio fuisse inualidam, & insufficiētem, ut promissor per illam se velit alteri adstringere, quia actus interni natura sua nō sunt apta signa, ut se homines hominibus obligent, ut supra dixi, licet sint sufficiētes, ut se homines per votum Deo obligent. Imò addo, etiam si quis promissionem suam internam manifestaret ei, cui illam fecit, & ille eam acceptaret, non manere promissorem manifestantem illam ei obligatum, nisi per illam manifestationem se de nouo veller obligare; quia cùm illa promissio interna ab initio fuerit inualida, & insufficiens ad se obligandum alteri, ut modò vim habeat obligandi, opus est, ut de nouo ratificetur: non potest autem de nouo ratificari, nisi sciat fuisse antea inualidam, & modò vellit de nouo validam efficere. Ita Azot tom. 1. lib. 11. cap. 17. quas. 7. 5. Aduertendum. Soates tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 6. num. 6. Lopez 1. part. Instructor. cap. 48. qui omnes docent ratificare, nihil aliud esse, quam velle de nouo validum efficere id, quod antea fuit inualidum.

## CAPUT IV.

Quæ sit vis promissionis externæ antequam acceptetur, an obliget, aut pariat actionem, aduersus promissorem, saltem si fiat coram testibus, aut publico instrumento; quid de promissione ad pias causas, aut facta ciuitati, agitur de acceptatione tacita.

- 1 Promissio externa, in nullo foro, nec etiam conscientie obligat, antequam acceptetur.
- 2 Obligatio unius ad alterum non datur nisi concurrat viriusque voluntatis consensus per signum aliquod externum, vel verbum manifestatum.
- 3 De iure ciuii communi non obligat promissio externa ante acceptationem.
- 4 Quid de iure Lusitano, & Castella. ibid.
- 5 Quid de iure canonico.
- 6 Quid de iure naturali, & gentium.

6 Promissio externa ad causas pias, an obliget ante acceptationem.

Referunt prima opinio affirmans. ibid.

Quid si fiat ciuitatis ad resicendas illius muros, & ruinas. ibid.

7 Preferitur negans in causis pīz, non in ciuitate.

8 Aut promissio externa gratuita, & liberalis facta insanti obliget ante acceptationem.

9 In dubio, an promissor se voluerit obligare ad promissionem ante acceptationem, credendum est noluisse.

10 Quid de promissione facta præsenti promissario, & tacenti; an ea taciturnitas dicatur tacita acceptatio, & num. 11.

11 Mortuo promissario, aut donatario ante acceptationem, non amplius obligatur promissor, etiam si promissionem, aut donationem faceret per scripturam publicam, aut presentibus testibus, & consequenter neque heredes illius.

An saltem ex aequitate transcat obligatio huius promissionis ad heredes, seu filios tantum promissarij. ibid.

13 Quid si rem promissam mittas promissario, & ille antequam illa ad eam perueniat, illamque acceptet, moriatur.

Quid si tu moriaris ante illius acceptationem. ibid.

Quid si mittas per aliquem qui de iure possit pro absenti stipulari, seu acceptare. ibid.

14 Quid si nuntius, per quem missum est, de iure non habilit ad accepitandum, ante traditionem moriatur.

Verius est expirare promissionem, quia expirauit consensus tuus, qui deferendus erat per illum ad promissarium. ibid.

Quid si consensus tuus expressus erat in epistola, quam ille ad promissarium deferrebat. ibid.

15 Quid si iste nuntius deferens rem promissam ad promissarium, illius traditionem inique disfluit, & interim mortuus est promissarius, vel ipse promissor antequam ei traderetur.

Tenetur ad duplum restituendum, alteram faciendam promissario, vel illius heredibus, propter damnum quod ei inique dedit, iniuste, & inique traditionem differendo. Altera promissori, vel illius heredibus, quia per mortem, vel ipsius promissarij ante acceptationem expirauit mandatum, ibid.

16 Quid si rem promissam mandasti per nuntium, qui non potest pro absenti accepitare, ut deferres ad causam piam. v. c. ad monasterium, ad orphanam, ad pauperem, ad quam fuit facta promissio.

17 Extra causam piam non expirare mandatum terent aliquid.

18 Ansacultas concessa à Principe alicui, ad dispensandam cum aliquo expiret morte Principis.

**G**INVS capite precedenti de promissione pure interna, sequitur, ut agamus in præsenti de vi, & obligatione promissionis externæ, antequam acceptetur, & videamus, an sit reuocabilis talis promissio, & quas obligationes pariat tam in foro ciuili, quam canonico, & in foro iuris naturalis, & conscientie.

Sit ergo prima conclusio. Promissio exterior in nullo foro, neque ciuili, neque canonico, neque naturali, & conscientie, antequam acceptetur, obligat promittentem, & dum non acceptatur, ad libitum

## 228 De translat.dominij per promissionem.

libitum illius reuocari potest, sicut de purè intima diximus, etiam si fiat certain testibus, & publico instrumento. ita docet Sotus lib. 3. de iustit. quest. 5. art. 3. post 2. conclus. Tiraquellus ad leg. si unquam, C. de reuocan. donat. verb libertus. num. 54. Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 62. Couarr. in cap. quamvis pactum, 2. part. §. 4. num. 15. & 16 Anton. Gomez tom. 2. variarum, cap. 9. num. 1. Panorm. in cap. cum inter universas, de elect. Felinus in cap. 1. de pactis, a num. 7. Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 6. n. 38. & 35. Molin. Theologus tom. 2. de iust. diff. 263. initio, & alij communiter. Patet, quia obligatio unius ad alterum non contrahitur nisi concurrenti virtusque voluntate, & consensu: voluntas autem promissarij ante acceptationem non habetur, nec concurrebit; ergo in nullo foro potest promissor obligari antequam voluntas promissarij per acceptationem accedit. Secundo, quia omnis promissio gratuita, & liberalis ex intrinseca natura sua secum defert hanc conditionem, si ab illo acceptetur, in cuius gratiam sit; ergo ante huiusmodi acceptationem non potest obligare, sed est in se suspensa illam expectans, & nescimus, an acceptetur, vel non acceptetur, an grata, vel ingrata sit promissario in cuius gratiam sit.

3. Probatur magis hæc conclusio per singulas illius partes. In primis quodd de iure ciuili Cæsareo in foro seculari hæc promissio nullam patiat obligacionem, aut actionem aduersus promissorem ante acceptationem, penè omnes farentur, & habetur ex l. 1. ff. de pollicitat. & ex l. 3. ff. eodem. vbi pollicitatio definitur, est offerentis solius promissio. Verbum autem solius acceptationem promissarij excludit. Confirmatur, quia ius commune circa donationes disponit, vt ante acceptationem nō valeant, nec actionem pariant aduersus donatores. l. 2. §. sed si quis, & l. absenti. ff. de donat. iuvat etiam lex. que absenti. ff. de acquirend. possess. & consonat Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 55. §. 1. quatenus habet donationes simplices cum ritè acceptantur, tunc demum perfici: ergo à fortiori idem erit dicendum de promissionibus. De iure tamen Castellæ fortassis aliud erit. nam in l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. statuit, vt quotiescumque constet aliquem intendisse se obligare etiam absenti per promissionem, aut pactum, maneat obligatus, & concedit aduersus eum actionem.

4. De iure canonico talem promissionem ante acceptationem non obligare, neque actionem parere, & posse ad libitum promittentis reuocari, probant egregie Couarruicias, Felinus, & Panorm. num. 1. ielati, & Anton. Gomez tom. 2. var. resol. cap. 9. num. 1. quamuis idem Panormitanus alibi, nempe in cap. qualiter, de pactis, immemor illius, quod dixerat priori loco in cap. cum universas, de elect. afferat ex iure canonico dari actionem aduersus promittentem ante acceptationem in foro Ecclesiastico, in qua etiam sententia est Fortunius Garcia in lib. 1. ff. de pactis, eo ducti fundamento quodd collatio beneficij facta ab Episcopo absenti validam est, esto absens illam non accepter, nec ab Episcopo reuocari potest, vt constat ex cap. si tibi absenti. de prebend. in 6. sed de promissione absenti facta agemus infra cap. 5. Attamen, vt communiter Doctores afferunt, est diversa ratio in collatione beneficij facta ab Episcopo absenti, & in promissione liberali, ac gratuita, vt iam alibi diximus, quia Episcopus ex officio tenet proutidere beneficia: at promissor non tenet ex officio promittere, & ideo, quia Episcopus (idem fortassis erit de patrono præsentante absensem ad beneficium sui patronatus) explevit iam per primam præsentationem munus suum, non potest

illam reuocare, beneficiumque alteri dare, antequam absens collationem repudiet; imò &, si euin repudiationis punitat antequam Episcopus post repudiationem beneficium alteri conterat, ad illum collatio spectabit, non ad alium.

De iure naturali, & in foro conscientiaz id probant evidenter Conart. Anton. Gomez, Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 61. & omnes alij n. c. allegati. Molin. Theologus diff. 263. initio. tomo 2. de iustit. Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 6. n. 38. Bart. ad leg. si unus ex familia. §. pactum. ff. de pactu. licet Panorm. d. cap. cum inter universas, de elect. num. vi. & Felinus in cap. 1. de pactis, a n. 7. oppositum sentiant, quod probatur ex rationibus factis n. 2. in fin. Probatur deinde ex fundamento Lessij modò citati, vbi ait apud omnes gentes, stando in iure gentium, quod est proximum naturali, vt promissio grata, & liberalis vim habeat obligandi, requiri acceptationem, quod ille etiam affirmat de promissionibus utrinque onerosis, quia licitum est redire à promissione venditionis antequam altera pars consentiat, & in contractu sponsaliorum licitum est recedere antequam alter confinx acceptor, nec opus est expectare, vt alter non accepret. Si loquamur de promissionibus gratuitis, non possunt illæ obligare, nisi concurrat consensus virtusque, promissoris scilicet, & promissarij per promissionem, & acceptationem, vt probauimus num. 2. in fine.

Excipluntur tamen à nonnullis Doctoribus quedam promissiones, que obligant de iure ciuili, & canonico ante acceptationem. Primo enim excipit promissio ad piæ causas, de qua aiunt, non posse reuocari ante acceptationem, ac proinde ante illum obligare promittentem, & parere actionem aduersus illum: ita docent Molin. tom. 2. de iust. diff. 263, §. Felinus tamen idem Felinus in cap. 1. de pact. Angelus, & Sylvestris verb. pollicitatio. Couar. lib. 1. var. cap. 14. n. 14. Iaf. in l. qui Roma, §. Flavini, n. 17. ff. de verb. oblig. Alexand. ibi n. 9. Socinus n. 19. Probat, quia in iure ciuili in l. 1. ff. de pollicit. excipitur doctio facta ciuitari ad instaurandas illius tuinas, & dicitur valere eam donationem, & parere actionem aduersus donatorem, & non posse reuocari ab illo ante acceptationem ob bonum publicum ciuitatis. Vnde hoc etiam extendunt huiusmodi auctores ad promissionem, & donationem ad piæ causas, & probat Molina hanc extensionem ex eo, quia leges ciuiles dum irritant testamenta, quæ carent certis solemnitatibus iuris, & certo numero testium, semper excipiunt testamenta ad piæ causas, ad quorum valorem sufficiunt duo tantum testes: quare semper in eodem iure debent censi excepta promissiones, & donationes ad piæ causas.

Probabilius tamen existimant Molin. lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 58. Gama decis. 581. num. 3. glossa in l. illud, verb. alia causa, C. de factosanct. Eccles. Iulius Clarus §. donatio, quest. 12. num. ultimo. Couarruicias lib. 1. variarum, cap. 14. num. 16. Sancius lib. 1. de matrimonio, diffus. 6. num. 16. Barbofa tomo 1. 3. part. legis prima, ff. soluto matrimonio. Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 6. num. 38. Rodriguez tomo 1. summe, in 1. edit. cap. 95. num. 1. Donationes, & promissiones piæ causæ factas non valere ante acceptationem, nec ullam parere obligationem aduersus donatorem, & promissorem, posseque proinde ab illis ante acceptationem reuocari, iuxta l. hoc iure §. si quis dederit ff. de donat. & l. 3. ff. de seruis expost. & l. 1. C. si mancipium ita fuerit. Primo, quia nullibi in iure reperiatur hoc priuilegium concessum piæ causæ, sicut i quenitut

inuenitur specialiter concessum ciuitati ad reficiendas illius ruinas, vel ob honorem ab illa receptum, vel recipiendum, vel ad opus aliquod publicum in ea perficiendum, si iam cœptum est, ut patet ex l. i. & i. f. de pollicitationibus, quæ exceptio firmat regulam in contrarium; quare sine fundamento iuris extendit hoc priuilegium ab auctoribus primæ opinionis ad promissiones factas causis piis, communitatibus clericorum, & vniuersitatibus, ut extendit Molin de iust. loco allegato. Imò quanuis qui per eam promissionem se velit de iustitia expressè obligare ad non reuocandum promissionem factam causæ pœ ante acceptationem, adhuc inclinandum est in fauorem donantis, & promittentis, quod illum non obligaverit ante predictam acceptationem, quia promissio, & donatio est stricti iuris, & nobis talis intentio promittentis non patet, nec ex illius verbis nosci potest.

8. Excipiunt tamen aliqui promissionem, & donationem gratuitam, & liberalem factam infanti, de qua afferunt valere, parereque actionem, & esse irrevocabilem ante acceptationem ipsius infantis, quia eidem ob fauorem ætatis acquiritur ius irreuocabilitate absque acceptatione, argumento l. iubemus. C. de emancipat. liberar. ibi, nisi infantes sint, qui est sine consensu etiam hoc modo suis iuris efficiuntur. ubi probatur quod quanvis emancipatio sine consensu emancipati fieri non possit, fallere tamen hoc in infanti, unde infert Decius conf. 245. num. 31, quod donatio, & promissio facta infanti non exigit acceptationem, quam opinionem Decij approbat etiam Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. num. 75. & addunt ipsis, hoc quoque dicendum esse de infante nondum nato, sed non aideo hoc extendere ad donationem, & promissionem factam infanti sine maiori iuris fundamento, cum diuersum quid sit priuilegium, & fauor concessus infantibus ad emancipationem, quam ad acquisitionem dominij via donationis liberalis.

Ex quo colliges in dubiis, an se promissor, & donator per promissionem, & donationem liberalem voluerint irreuocabilitatem ante acceptationem obligare, inclinandum esse in illorum fauorem, & iudicandum noluisse; quia in dubiis in materia de iustitia melior est conditio possidentis, & illi possessores sunt rei promissæ, & sue liberae, & liberalis voluntatis. Nec obstat lex, quoties ff. de rebus dub. afferens in dubio æquali curandum esse, ut actus valeat, quia loquitur de actibus judicialibus, non particularibus, & liberalibus. Et ideo diximus num. 2. promissionem externam etiam testibus, & publico instrumento factam ante acceptationem non valete, quia adhuc non est acceptata, & est dubium, an promittens se per illam de iustitia voluerit obligare, id enim non declarant testes, nec instrumenta publica, & aliunde promissio liberalis neque in foro poli, neque in foro soli obligat ante acceptationem.

2. Ad primum argumentum pro opinione Patris Molinæ dicendum est illud priuilegium esse specialiter à iure ciuili concessum ciuitati collapse, ad illius ruinas instaurandas, & ad perficiendum in ea opus publicum iam cœptum, & ob gratitudinem animi propter beneficium ab illa acceptum, vel recipiendum, quia Res publica vult honorare suos ciues erga se gratos tamquam filios à se genitos, & ideo sine fundamento extendi predictum priuilegium ad causas pias, ad communitates, & vniuersitates. Ad exemplum de testamento minus solemniter respondeo illud in hoc negotio non venire ad rem, quia iura decernunt testamentum minus solempne

Fagundez de iustitia, &c.

valere ad pias causas; nulla vero sunt iura, que decernant donationem ad pias causas, aut promissionem ante acceptationem esse validam, & irreuocabilem.

Dubium tamen hic speciale est circa promissionem factam praesenti, & tacenti; sufficiat ne silentium promissarij, ut dicatur tacite acceptare. Et hac de re partita est opinio. Prima negat, eandem docent Gregor. Lopez leg. 26. part. 5. tit. 1. verb. Promissas. Decius in rub. C. de pacis. Tiraquel. int. si unquam. C. de renoc. donat. Secunda affirmat, eam tenet Couarruicias in rubr. de test. part. 3. num. 13. ext. qui patitur, ff. mandati, tacens enim consentire videtur in iis, que ad eius utilitatem pertinent, tenet etiam Iulius Clarus S. donatio quæst. 14. vers. sed pone, & Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. num. 76. Quanvis in onerolis, qui tacet, non videatur consentire; quare cum donatio, & promissio sit liberalis, & gratuita, minimèque onerosa, & sit expressa, acceptatio vero per taciturnitatem sit iuste presumpta, censenda est donatio, & promissio perfecta ad obligandum quando promissarius praesens taceret.

Necque obstat regula iuris in 6. Qui tacet, neque fatetur, neque negare videtur. Primo, quia vt notat glossa ibi, in verb. non fatetur, non dicit regula, non consentit, sed non fatetur, & sic non contradicit hæc regula alteri regulae, Qui tacet, consentire videtur. Secundo, quia regula illa, Qui tacet, vt ait Ioan. Andr. ad finem illius, solum habet locum in negotiis, & rebus onerolis, in quibus is, qui audit cum sibi res fuerit onerosa, reclamare tenebatur. v. c. facta est tibi promissio de mille aureis si contrahas cum Matia; hæc promissio est respectiva, & onerosa, & ideo quanvis taccas, non censeri consentire, quia reclamare non tenebaris. Facta est vero promissio patri tuo de illo mille aureis te presente, si tu cum illa contrahas, & tu taces, in hoc casu diceris consentire, quia in illo reclamare tenebaris, si oppositum volebas, iuxta cap. ultimum, de defensione impnb. in 6. & Doctores communiter. ibi, Ex sponsalibus, que parentes pro filiis puberibus, vel impareribus plerisque contrahunt ipsi filii, si expresse consenserint, vel tacite, ut si presentes fuerint, non contradixerint, obligantur. Idem dicendum est, si filii erant absentes, & eadem sponsalia ignorantes. & postea scientes tacite, vel expresse ratificauerint, alii ipsi filii non obligantur. Hæc predictum caput. Resolutio itaque sit, per taciturnitatem posse sufficienter acceptari promissionem, etiam onerosam, modo taciturnitas habeat circumstantias, quæ vel certam, vel probabilem animum acceptandi in promissario ostendat, quia quando probabilia indicia dati consensus ex parte acceptantis concurrunt, iam non maneat principium aliquod rationabile dubitandi de tali acceptatione, ut communiter Doctores afferunt. Ex dictis

Infertur primum, mortuo promissario, aut donatione ante acceptationem, non obligati promissorem, quia amplius acceptari nequit talis promissio liberalis, quanvis fiat eorum testibus, publico instrumento, quia ex eo quod ita fiat, adhuc gratuita, & liberalis est, & ante acceptationem non obligat, ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 6. num. 35. decisio Pedemontana 70. num. 90. Gregor. Lopez l. 4. part. 5. tit. 4. verb. Nolo puede. Molina tom. 2. de iust. disp. 263. §. iuxta hattenus, Anton. Gabiel tom. 1. commun. opinon. lib. 4. verb. donatio absenta. & ratio est etiam, quia iam non est à quo acceptati possit, & ante acceptationem non obligabat, ac proinde expirauit promissio. Dices, potest

10.

11.

12.

## 230 De translat. dominij per promissionem.

acceptari ab heredibus promissarij. Respondeo ex rigore iuris non posse, & quia ad illos non fuit directa ea promissio, & donatio, & quia non obligabat ex iustitia, sed ex fidelitate, ut probauimus *tom. 1. cap. 2.* obligatio autem fidelitatis non transit ad heredes promissoris, sed extinguitur morte illius, ut diximus *cap. 2. num. 17.* erat enim personalis obligatio, quae habebat personam, non realis, & ideo, extincta persona, extincta fuit obligatio. Videtur tamen iuxta Lessium, & Molinam, ex quadam aequitate posse extendi hanc promissionem ad filios tantum promissarij, licet ad illos non fuerit directa promissio, & quia heredes representant defunctum, cuius sunt heredes, & quia presumendum est mentem promissoris, & donatoris fuisse, ut si defunctus promissarius re frui non possit, fruantur saltem illius heredes, modò sicut filii, secus si extranei: sed hanc extensionem aequitatis non probo, & quia omnes heredes representant defunctum cuius sunt heredes, sive filii sunt, sive extranei; quare si id admittunt in filiis heredibus, etiam id admittere debent in extraneis; & quia ad illos non fuit directa promissio, sed ad illorum parentes: mens autem promittentis desumenda est ex verbis illius; & quia promissio, ut *cap. 2. probauimus*, obligat tantum ex fidelitate, & sicut non transit ad heredes promissoris, sic nec transit ad heredes promissarij. habebit tamen locum fortassis ea aequitas in opinione, quae docet promissionem obligare ex iustitia.

*¶ 3.* Infertur secundò, si rem promissam mittas Petro per tuum famulum, aut alium nuntium, qui non sit seruus illius, de eorum numero, qui pro dominis absentibus acceptate possint, & antequam Petrus acceptet, è vita discedas, expirare promissionem, & reddi nullam, restituendamque esse proinde rem tuis heredibus, non verò Petro promissario, neque illius heredibus; & si ipse promissarius eam acceptet, & sibi constet te è vita discessisse, antequam ille acceptauerit, teneri rem restituere tuis heredibus, & non posse illam tutam conscientia retinere. ita habetur in *l. 2. §. sed et si quis, iuxta gloss. ibi, ff. de donationib. & docet Molin. tom. 2. de iustit. disp. 263. initio. Anton. Gomez tom. 2. variarum, cap. 4. num. 3.* Lessius *tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 6. num. 45.* Sancius *lib. 1. de matrim. disp. 6. num. 5.* & alij, & ratio est, quia, sicut mandatum, regulariter loquendo, expirat morte mandantis. *l. mandatum, C. mandati, Inst. eodem, §. recte quoque;* sic promissio non acceptata expirat morte promittentis; deinde, quia in hoc casu cum promissio non fuerit à promissario acceptata, est mere mandatum, & mandatum expirat morte mandantis; sed hac de re redibit sermo *cap. sequenti, num. 6. & 7.* vbi hanc plenè discutimus, vnde non est probanda sententia Gregorij Lopez *ad leg. 23. part. 3. tit. 5. verb. moriendo*, vbi cum Bartolo à se citato ait, si pecunia sit iam numerata nuntio, ac tradita, non expirare mandatum morte mandantis, sed posse nuntium illam tradere mandatario, & illum eam tutam conscientia retinere, quia est res grata respectu mandantis, & mandatarij; sed prior opinio est verior, quam tradidimus *num. 15.* & tenenda, & quod sit gratia, negandum est: quia est solutio rei promissie.

*¶ 4.* Infertur tertio, si contingat istum nuntium emori ante acceptationem promissarij, vel facultatem ad acceptandum illi à promissario commissam, censeri promissionem tacitè reuocatam, quia consensus, qui per nuntium ad promissarium, vel mandatarium deferendus erat, euanuit; hoc tamen intellige, si nuntio verbaliter dixisti, ut rem deferreret, aut

traderet, secus si ei epistolas deferendas dediti, hæc enim si ad manus promissarij, donatarii ve deuenient, id sufficiet, quia per ilias poterit acceptare. ita Lessius *tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 6. num. 35. §. secundo*; de hoc tamen redibit sermo *cap. seq. 9. 6.*

Infertur quartò, si quis famulo suo, vel alteri cuiuscumque nuntio, dedit rem promissam, vel dono missam, ut eam alteri tradet, & sua culpa iniquè distulit, & interim moriatur promissarius, vel donatarius ante acceptationem, teneri huiusmodi nuntium ad duplice restitutionem facienda; alteram promissori, quia morte promissarij, & mandatario expirauit mandatum; alteram heredibus ipsius promissarij, quia per iniuriam suam iniustam illis causa fuit talis damni, & qui alteri est causa iniusta damni, tenetur illud ei restituere. Ita Molin. *tom. 2. de iustit. disp. 263. §. iuxta haec tenus.* Lessius *tom. 1. lib. 2. dub. 6. num. 46. §. vlt.* Sancius *lib. 1. de matrim. disp. 6. num. 8. §. binc infertur.* Idem iuxta hos Doctores, & rationem dicendum est, si moriatur promissor, aut donator, antequam promissarius, aut donatarius rem acceptauerit; tunc enim etiam ad duplice restitutionem tenetur nuncius, qui iniquè distulit rem tradere; & ideo tunc etiam ad duplice restitutionem tenetur; alteram heredibus promissori, seu donatoris, quia promissio per mortem promissorum, & donatorum expirauit; alteram promissario, & donatario, quia iniquè differendo causa fuit iniusta eum non acceptauerit, & ideo in conscientia tenetur illud ei restituere, quia qui alteri est iniusta causa damni, damnum dedisse censemur.

Hoc tamen moderandum est, iuxta graues Doctores, nisi mandatum sit ad causas pias, ut si quis alicui pauperi, vel Ecclesiæ, vel hospitali mandaret certam eleemosynam: nam fauore cause pia non expirat tunc mandatum morte mandantis, & ideo eleemosyna illa danda est mandatario, vel promissario, aut heredibus illius: ita Sancius citatus *n. 9.* & Titaquel *de priuileg. pia & cause, priuileg. 82. & 132.* & *de priuileg. scholast. priuileg. 80.* addens idem esse dicendum de fauore dotis, & Scholasticorum, quod de pia causa, quod idem docet Couart. *lib. 1. variar. cap. 14. n. 16.* Sancius *lib. 1. de matrim. disp. 6. n. 16.* Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 4. n. 3.* Molin *tomo 2. de iustit. disp. 263. §. iuxta haec tenus.* & probatur ex *l. si pater, in princ. ff. de manumiss. vbi mandatum non expirat morte mandantis fauore libertatis.*

Sed verò extra causam piam non expirare mandatum morte mandantis in nostro casu, de quo *num. 15.* tenet Sà *verb. donatio, num. 2. 1. & verb. mandatum, num. 2. eo fundamento, quia est res fauorabilis, & gratia quedam, & cum Sà idem videtur sentire Gregorius Lopez *ad leg. 23. tit. 5. part. 3. verb. moriendo*, ut vidimus *num. 13.* vbi tenet cum Bartolo, quem allegat, si pecunia sit iam numerata nuntio, non expirare mandatum morte mandantis, sed posse nuntium illam tradere mandatario, & illum eam tutam conscientia retinere, quia est res grata respectu mandantis, & mandatarij; sed prior opinio est verior, quam tradidimus *num. 15.* & tenenda, & quod sit gratia, negandum est: quia est solutio rei promissie.*

Sequitur, & infertur quinto, si Summus Pontif. concedat alicui Ecclesiastico facultatem ad dispensandum absolute in aliquibus inhabilitatibus, idem de Principe seculari, non expressis nominibus illorum, cum quibus dispensandum est, non expirare licentiam morte Papæ, vel Principis concedentis, quia tunc est gratia, & gratia non expirat morte concedentis, donec vel in particulari, vel in generali reuocetur à succedente Princeps; si verò eam concedat

concedat ad dispensandum cum aliquo, vel aliquibus in particulati, expresso nomine, vel nominibus illorum expirat, quia tunc est mandatum; ita Zecrola in praxi Episcopali 2 part. verb. delegatus. Stephanus de literis gratie, fol. 202 num. 1 & 2. Nauar. in tit. de officio delegati cons. 1. patet ex cap. si eius nulla, de prob. in 6.

## CAPUT V.

De promissione facta absenti, an obliget ante acceptationem, soluuntur multa dubia; agitur de promissione, & donatione non acceptata, iuramento tamen firmata.

1. *Promissio absenti facta non obligat ante acceptationem.*
2. *Quod procedit tam de iure communi, & Lusitano, quam de iure novo Regni Castellæ, & n. 1. & 3.*
3. *Quid quando promissor promissionem facit absenti, & absens ex aliquo nuntio, qui de promissione sciebat, notitiam illius habuit, & acceperantur, an vera hec sit acceptatio.*
4. *Quid si sciuit, & acceptavit per nuntium ad id specialiter missum ad promissarium per ipsum promissorem, aut per schedulam, vel epistolam illius.*
5. *Quod discrimin sit inter eum promissorem, qui post promissionem absenti factam eum certiorum facit per nuntium, aut epistolam, & inter eum, qui rem tradit nuntio, ut eam illi deferat.*
6. *Quidam censem in primo casu posse promissarium tuta conscientia illam rem habere, si moria ur promissor antequam ipse acceptet, secus in secundo, ibid. & num. 8.*
7. *Refellitur hec opinio.*
8. *Respondetur ad fundamenta illius.*
9. *Promissio simplex grata & liberalis, licet ex merita gratia procedat, tamen non est gratia, quia acceptata obligat. ibid.*
10. *Mandatum expirat morte mandantis. & ideo non potest promissarius acceptare promissam sibi rem post mortem promittentis, quam in vita illius non acceptavit, etiam si circa culpam non acceptaverit.*
11. *Quid si nuntius iste, qui rem deferebat ad promissarium, erat procurator illius.*
12. *Quid si habebat facultatem illius ad acceptandum, aut celebrando contractus de rebus suis, & quid si non habebat. & n. 12.*
13. *Quid si interim dum rem promissam promissario absenti per nuntium mutus, & revoce consenserit tuum, & promissionem antequam illa acceptet, ille vero ignorans tuam revocationem eam acceptet.*
14. *An ex promissione non acceptata, iuramento tamen firmata, oriatur actio contra promissorem illam iuramento confirmantem.*
15. *Et tale iuramentum tenetur iurans ex Religione, non ex iustitia promissionem implere.*

I. **V**ENIAMVS tamen ad promissionem absenti factam, & non acceptatam, & vidamus quid tandem de illa dicendum sit: & de illa sit

*Fagundez de Injustitia, &c.*

Prima conclusio. Promissio absenti facta non obligat ante acceptationem: patet ex l. si tibi absenti. ff. de donat. & ex l. nec ambigi, C. eodem & ex l. 4. tit. 4. partita 5. docet Sancius lib. 1. de matrimon. disp. 6. num. 2. Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. n. 62. & 63. & ex multis, quos citat Sancius. Idem est in omnibus contractibus; nullus enim vim habet obligandi donec mutuus ex utraque parte consensus accedat. Ratio est efficax, quia obligatio non oritur nisi ex mutuo duorum, vel plurium consensus, ante acceptationem absensis, vel alterius, qui de iure pro illo acceptate possit, de quo infra agemus, consensus illius haberit nequit, nec promissio, aut donatio absenti facta ante acceptationem illius est obligatoria.

Quod adeò verum est, ut etiam vota Deo nuncupata non sint obligatoria, quando Deus ipse ea non acceptat, veluti si sint de rebus indifferentibus, vt diximus in tractatione de voto tom. 1. *Decalogi*, & hoc quod dictum est in conclusione, non solum procedit de iure communi, & Lusitano, sed etiam de iure novo Regni Castellæ, vt latè probat Sancius citatus num. 18. nam licet Molina tom. 2. de iust. disp. 263. §. iuncta, & Ludovic. Lopez 1. part. instruct. cap. 177. in secunda edit. & Couart. in cap. quatuor pactum 2. part. §. 4. num. 15. vers. quarto, & alij, concedant de iure antiquo Regni Castellæ non obligare promissionem, nec donationem ante acceptationem, quod probant ex l. 2. tit. 16. lib. 5. recopilation. ibi, *Pareciendo*, que alguno se quiso obligar a otro por promission, o alguno contrato, sea obligado a comprar lo, y no pueda poner exception que no fue hecha stipulacion, o que fue hecho entre absentes.

Sed ad hoc responderet Sancius dicto lib. 1. de matrimon. disp. 6. num. 2. hanc legem solum decernere ex eo titulo, quod promissio, vel contractus factus sit inter absentes, non definire esse obligatorium, posse tamen esse irritum, & non obligatorium ex alio capite, & titulo; scilicet, vel ex titulo non acceptationis, vel ex defectu consensus, & sic videtur sentire Sancius, neque etiam de iure antiquo obligare ius Castellæ ad obseruationem promissionis, & donationis ante acceptationem illius; quod verò de iure novo hoc verum sit, & quod ex prædicto iure novo regni Castellæ non obliget promissio facta absenti ante illius acceptationem, cum Sancio tenent Henr. lib. 15. de excommun. cap. 17. num. 6. Petrus Nauarra lib. 3. de rest. in 2. edit. cap. 1. part. 4. dub. 1. num. 270. Rodrig. tom. 1. summa in 2. edit. cap. 35. num. 1. Couart. lib. 1. var. cap. 14. n. 13. patet ex l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin.

Sed quid quando promissor promisit promissario absenti, & ei non mittit nuntium, qui cum certiorum faciat de sua promissione, sed id promissarius scit ex alio tertio, qui id audiuit, & ei tetulit, & virtute illius dicti acceptauit; valebit ne talis acceptatio, ita ut promissor ad illam teneatur? Respondeo adhuc non valere, nec obligare, nec parere actionem aduersus promissorem. Et ratio est, quia prædicta acceptatio requiritur in iure, ut coniungantur voluntates promissoris, & promissarij: non possunt autem in unum conuenire, & coniungi, & sic perfici contractus, nisi voluntas promissoris vel per se ipsum, vel per procuratorem suum, vel epistolam, vel per nuntium ad id specialiter ab eo missum declaretur, intimeturque promissario; ita Molin. tom. 2. de inst. disput. 264. §. auctor est si quis absenti. Iulius Clarus §. donatio quest. 12. vers. scies. Sancius lib. 1. de matrimon. disput. 6. numer. 3. Barbosa l. qna dotis 34. numer. 54. ff. 2. solut.

## 232 De translat. dominij per promissionem.

*solut. matrim. Azeuedo lib. 5. recopil. tit. 16 num. 20.  
lib. 2.*

5. Nee placet moderatio Azeuedi, & Lopezij, quos citat Sancius allegatus, qui addunt sufficere, si voluntas promissoris, vel donatoris per nuntium ad id non missum promissario, & donatario declaratur, & post talem declarationem ille acceptet, in modo interim persistat donator, vel promissor in eadem voluntate, quod semper presumitur, nisi de reuocatione constet, quia stat communis sententia contra hos Doctores, & contra Baldum, quem profet allegant, que docet requiri nuntium ad id missum, destinatumque, per quem certum, & moraliter vniuant voluntates, & non sufficere tertium, qui id audiuit, quod a ieo verum est, ut dicat Bart. in l. absenti, num. 1. & Paulus Castrensis ibi num. 2. quos citat, ac sequitur Sancius allegatus num. 3. Si ego domi meæ existens promittam, aut donem Petro fundum, & ille foris existens calu audiat, & dicat, accepto, adhuc non valeret, nec esse obligatoriam talem donationem, promissionemve.

6. Solet tamen frequenter contingere emori promissorem, aut donatorem dum mittit rem promissam, aut liberaliter donatam promissario, vel donatario, antequam ille eam acceptet. Dubitabis ergo in hoc casu quid dicendum sit? Sed hoc iam magna ex parte manet resolutum cap. 4. precedentem, n. 12. ut tamen plenius respondeam, Animaduertes cum Sancio lib. 1. de matrim. disp. 6. num. 7. latum esse discriumen inter eum, qui post promissionem, aut donationem absenti factam mittit ad promissarium, vel donatarium nuntium, vel epistolam, ut cum certiorum faciat de promissione, vel donatione sua, & inter eum, qui rem promissam tradit nuntio, ut illam promissario, vel donatario absenti deferat. In primo casu docet Sancius proxime allegatus num. 5. & 7. posse promissionem, vel donationem à promissario, vel donatario acceptari post promissoris, vel donatoris mortem, & idem docet etiam Molina Iurisperitus lib. 4. de primogen. cap. 2. n. 77. & Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 7. n. 95. Probant primo, quia gratia illa ante acceptationem erat valida ex parte promissoris, & ante acceptationem ab illo per mortem non fuit reuocata; manet ergo adhuc impressa literis, & mente nuntij, & ideo perseverat post mortem promissoris, & donatoris, & potest à promissario validè acceptari, & adstringentur heredes promissoris & donatoris ad eam promissionem, vel donationem: si autem donator, vel promissor ante mortem suam nondum destipasser hunc nuntium, vel scripsisset epistolam, clarum est post mortem illius non posse à donatario acceptari, quia extincta est morte promissoris, & donatoris voluntas illius, & non maneat impressa, nec in epistolis, nec in mente nuntij. Secundo probant, quia illa gratia iam erat ex parte promittentis facta, & nuntius erat executor illius; & potestas executoris non expirat morte concedentis. cap. si super gratiam, de offic. delegat. in 6. Probant tertio, quia mortuo promissore, vel donatore ante acceptationem non possunt heredes illorum reuocare eam promissionem, aut donationem nondum acceptatam, quia facultas reuocandi non transit ad heredes promissorum, vel donatorum, iuxta Couartiuam lib. 3. variarum, cap. 14. num. 17. Iulium Clazum lib. 4. receptarum, §. 4. quest. 13. ad finem, Molinam lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 77. & Sancium lib. 1. de matrimonio, disput. 6. num. 5. nam eiusdem est reuocare promissionem, aut donationem, cuius est promittere, aut donare. Signum est ergo cunctissimum illam posse acceptari post mortem.

Verum ista opinio Sancij, Molina Iurisconsulti, & aliorum, quos allegat, iam reiecta est, ut patet ex iis, que diximus cap. 4. num. 13. & cap. 2. num. 17. quem numerum omnino lege, inde enim facilis patet responsio ad opinionem Sancij & illius fundamenta, & ratio est, quia, ut late probauimus cap. 1. num. 2. promissio simplex, & liberalis non obligat ex iustitia, nec etiam post acceptationem, ut cap. 2. per totum late probauimus, sed ex fidelitate; obligatio autem fidelitatis habet personam, & est personalis, & non realis, & ideo extinguitur extincta persona promittentis, & donantis. Sancius vero, & Doctores, quos allegat, putant promissionem post acceptationem transire in pactum iustitiae, & obligare ex iustitia; & ideo consequenter ad suam opinionem loquuntur: pro nostra tamen, quod scilicet obligatio promissionis tacite expiret expirante persona promittentis, sunt præter citatos numeris modis relatis, graues Doctores, Tiraquillus, Paludanus, Decius, Rubeus, Azeuedo, & alii, quos refert ipse Sancius allegatus num. 5. Et ratio id demonstrat, quia ante mortem promissoris, & donatoris, non fuit voluntas illorum coniuncta cum voluntate promissarij, aut donatarij; post mortem vero viri non possunt, cum mortui nulla sit voluntas, ut dicitur in cap. si gratiosè, de rescriptis in 6. Nec voluntas promissoris defuncti durat in nuntio, vel epistola destinatis, quia expirante persona promissoris, & donatoris expiravit: erat enim voluntas personalis, nec ante acceptationem illa voluntaria promissio obligabat, immo per mortem ipsius promissoris tacite fuit reuocata, cum ab illo de novo in ea non fuerit ratiocinata.

Nec fundamenta Sancij robur habent, nam promissio gratuita & liberalis, non est merita gratia ex parte promittentis & donantis, ut ait Sancius in suo primo fundamento; licet enim ex gratia & liberalitate procedat; tamen simpliciter, & absolute non est mera, & simplex gratia, quia obligat sub fidelitate, ut diximus cap. 2. & obligat sub mortali post acceptationem, & ubi datur obligatio, non datur gratia, immo excluditur omnis ratio gratiae; ante acceptationem vero non est gratia perfecta, sed est inchoatio gratiae, & simplex voluntas gratuita, quæ expirat expirante persona promittente. Et ex hoc patet etiam responsio ad fundamentum secundum Sancij. Nuntius vero, & epistola quam deferebat expirante persona promissoris, & donatoris, desit esse executor illius voluntatis, quia expirante persona expirauit illius voluntas, ac proinde cessauit, & expirauit officium, & commissio illius. Ad tertium fundamentum Sancij respondeo, mortuo promissore, & donatore ante acceptationem reuocatam fuisse promissionem illius, & ideo non posse heredes illorum illam reuocare, quia iam expirauit, & reuocata fuit per prædictam mortem.

Ad secundum casum Sancij, hoc est, de eo casu, quo promissor, aut donator rem promissam, atque donatam tradidit nuntio, ut illam deferset ad promissarium, donatariumve, & interim emoritur antequam ei tradatur, iam satis respondimus cap. 4. precedentem, num. 13. ad quem locum te remitto. Immò in eo casu fatentur Sancius dicto lib. 1. de matrimonio, disput. 5. num. 5. & Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 6. num. 45. mandatum expirare, & reuocari morte mandantis; iuxta ea, quæ diximus cap. amicendi, num. 13. ac proinde non posse validè acceptari à promissario, vel donatario; quia tunc erat purum mandatum, & mandatum expirat morte

morte mandantis, *l mandatum, C. mandati*, patet que ex l. 2. §. sed si quis, ff. de donationibus, ibi, Sed si quis donatus mihi, pecuniam dederit alicui, ut ad me perficeret. & ante mortuus erit, quam ad me perficeretur, non fieri pecuniam domini mei constat. quod procedit iuxta hos Doctores, & communem opinionem, etiamsi mittatur res per seruum promissarij, modò sit de illorum numero, qui pro domino acceptare, & stipulari non possit, qua de re infra agemus in capite proprio.

10. Excipiunt tamen nonnulli Doctores, modò nuntius non sit à promissore, vel donatore institutus procurator, cum facultate donandi, disponendi, & celebrandi contractus de rebus illorum, quia tunc licet promissor, aut donator reuocet mandatum, & talam facultatem, valet nihilominus donatio, dum procuratori reuocatio non est nota, & intimata. Sed falluntur, quia in hoc negotio iste nuntius non hoc petagit ex vi facultatis sibi in procuratione à domino data, sed ex vi mandati, quod defere. Et tunc non est censendus procurator rerum donuni sui, sed simplex nuntius, sicut & alij, qui talam procurationem, & facultatem disponendi de rebus domini non habent.

11. Certum est tamen, quod quando aliquis est procurator institutus à domino suo, cum facultate celebrandi contractus, & disponendi de rebus domini, valere contractus, & donationes ab eo factas per mortem domini, dum nec ipse, nec promissarij, aut donatarij quibus donat, vel promittit, nec illi cum quibus nomine domini sui, cuius procurator est, contrahit, predictam mortem sciunt, quia licet mandatum, & procuratio reuocaretur morte mandantis, & facultatem procuratoris dantis; tamen dum illos hoc latet. & ignari sunt ipsius mortis reuocationisque per illam facte, valent actus à procuratore facti ex vi talis procurationis, vt tamen non valeant sufficit, quod certam notitiam mortis, & reuocationis habeat vel ipse procurator, vel ij cum quibus nomine facultatem dantis contraxit, patet ex l. si mandasset ff. mandati, & ex l. vero procuratori, ff. de solut. docet Molin. tom. 2. de iustit. disput. 263. fol. 59. & disp. 264. ad finem. Sancius lib. 1. de matr. disp. 6. num. 9.

12. Excipitur tamen, in cap. ultim. de procuratoribus in 6. vnum casus, quando scilicet, per procuratorem matrimonium celebratur, quia de intrinseca ratione matrimonij est, vt duret consensus principaliter contrahentis tempore, quo matrimonium per procuratorem celebratur.

13. Vnde etiam patet, si nuntio simplici, qui non erat tuus procurator, tradidisti aliquid tuo promissario, vel donatario deferendum, & interim antequam illud eis traderet, tuam voluntatem reuocares, esto ipsa reuocatio sit ignota, tam nuntio, quam predicto promissario, vel donatario, inualidam reddi acceptationem talis donationis liberalis, & teneri ipsum promissarium, vel donatarium eam tibi, vel tuis heredibus restituere, sciens postea talem reuocationem, vt sèpè dictum manet; quia contra voluntatem suam acceptauit, nisi postea liberaliter condonasset; & quia quando donationem, aut promissionem fecisti, talis donatio fuit infirma, cum nondum fuerit accepta, & erat veluti suspensa, ac pendens ex acceptatione; quando verò acceptata fuit, iam erat reuocata, ac proinde nulla, ita Molin. & Sancius num. 11. allegati, & omnes, quos citauimus cap. 2. num. 2. consentit lex, si ego, ff. de negotiis gestis, & lex, nec ambigi. C. de donat. & constat ex Fagundez de Iustitia, &c.

l. 2. §. sed si quis. ff. de donationibus, cuius verba citauimus num. 9.

14.

Dubium tamen est, quid dicendum sit de promissione nondum acceptata, iuramento tamen firmata à promittente? Et quare in primis, an ex ea concedatur actio de iure canonico, & ciuili promissio, aduersus promissorem, & an tandem obliget promissorem? Et plane hæc questio nullum habet locum de iure Lusitano, vt vidimus lib. 1. de contractibus in genere cap. 26 num. 6. & 9. nam in regno Lusitanæ ex lege ipsius regni irritum est iuramentum in contractibus, promissionibus, & conventionibus positum, nisi de speciali Regis licentia apponatur, vt patet ex ordinationibus Lusitanæ tit. 75. imò quamvis promissio, & contractus alioqui sit validus sine iuramento, irrita eo ipso manent, si in eis appositum fuerit iuramentum sine Regis facultate, vt latè probat Molina tom. 1. de iustit. disput. 149. & ideo in eodem regno Lusitanæ, cum talis promissio iurata nulla omnino sit, vtique ex ea nulla resultabit actio, nulla obligatio dabitur promissario, aut donatario, aduersus promissorem, & donatorem. Quid dicendum de iure Regni Castellæ, constat ex lib. 12. titul. 1. lib. 4. recopilation. vbi expresse dicitur solum perpetuas donationes posse iureiurando confirmari, vt refert Molin. tom. 1. de iustit. disput. 149. Si tamen donatio, vel promissio, non sit perpetua, sed rei alicuius ad tempus, tunc si iuramento firmatur, inualida, & irrita in eo Regno est, eo ipso, quod iureiurando confirmatur, nisi in dotem, aut arrhas sit facta: ita idem Molin. allegatus,

15.

De iure tamen communi, tam ciuili, quam canonico, ex promissione non acceptata, iuramento confirmata resultat actio aduersus promittente, & donatorem. Ita Panormitanus in cap. cum venissent, de constit. num. 26. & 27. Conarruuias in cap. quamvis pactum 1. part. §. 2. num. 2. & 4. & part. 2 §. 4 n. 16. ex plurimis quos citat, & Molin. tom. 2. de iustit. disp. 263. §. dicendum nihilominus. nam licet Bartol. quem refert Molin. tom. 2. de iustit. disput. 256. neget de iure ciuili dari talem actionem, & licet Innocentius, referente eodem Molin. ibi neget ex pacto nudo iuramento firmato de iure canonico actionem resultare, tamen hoc quod dicimus est verius, & ipse Bartol. ad leg. si quis pro eo ff. de fideiussorib. tandem, ait, ex promissione non acceptata, iuramento tamen firmata, non consurge oblationem iustitiae aduersus promissorem, sed tantum Religionis. Ratio igitur nostræ resolutionis est, quia ex iuramento, quo ipsa promissio confirmatur, quando illa non est de re illicita, si mèrè spontaneè, & non coactè confitetur, oritur non solum obligatio Religionis in ordine ad Deum, ne ille in testem falsi adducatur, sed etiam peculiaris obligatio ad hominem cui sub iuramento facta est promissio, ius illi tribuens, quod ad heredes etiam ipsius pertransit, ratione cuius res promissa debetur simpli citer promissario, vbi primum promissionem iuratam acceptauit. nam ratione ipsius iuris datut actio de iure canonico, & ciuili promissario aduersus promissorem, vt colligitur ex cap. cum contingat, de iure iur. & in cap. mulieres, eodem in 6. & ex Authentie sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. Sed de hac re, vide quæ diximus lib. 1. de contractibus in genere cap. 26. a num. 14. ibi namque de hac re satis egimus.

## CAPVT VI.

Vtrum promissio facta ob homicidium, vel ob aliam turpem causam, obliget: queritur quænam promissiones sint iure naturæ, & positivo irritæ; explicantur aliquæ difficultates circa promissiones iuratæ.

- ¶ Promissio de re mala, & turpi facienda, ante partium opus non obligat ad pretium conuenientem, tam ex parte promittentis pretium, quam ex parte promittentis opus. ¶ num. 2.
- ¶ Post patratum opus, est duplex opinio. Prima veterior, & communior affirmat, teneri promissorem pecunie ex iustitia in conscientia ad promissionem, & posse patratorum operis in conscientia illam retinere.
- In unoquoque opere malo duo consideranda sunt. Primum est malitia moralis, & naturalis ipsius operis. Secundum est labor in tali opere patrando, industria ad illud patrandum, & periculum cui se exponit patrator. Circa primum non potest dari iusta conuentio, aut contractus: circa secundum potest, cum hac omnia sint vendibilia. ibid.
- ¶ Reservatur opinio Medina afferens has circumstantias non esse vendibiles. Rejecitur. ibid.
- ¶ Non est improbabilis sententia, immo est satis probabilis, qua docet promissionem pro opere malo, etiam quoad illas circumstantias non valere, & nec ante, nec post patratum opus obligare.
- ¶ Respondetur fundamento huius secunde opinionis. ¶ num. 7.
- ¶ Et explicantur iura, & leges pro illa allatas n. 5. ibi. Omnes promissiones, etiam iuramento firmatae sunt iure naturali irritæ, quatum executio est mortaliter, vel venialiter illicitæ.
- ¶ Iure ciuili & canonico irritæ sunt promissiones qui prebent occasionem peccandi.
- ¶ Quid de illis promissionibus in scriptis contentis, quas Episcopi, & Dynasti faciunt suis economis, ut non teneantur reddere ratiocinium suum rerum, quas administrarunt.
- ¶ Irrite quoque sunt de iure ciuili promissiones de non revocandis testamentis, de instituendo aliquo herede, etiā si pœna illis adiiciatur, & reliqua, quæ minuant, vel auferunt libertatem testandi.
- ¶ An quando promissiones sunt inuallide iure positivo ciuili, vel canonico, valida siant ratione iuramenti appositi.
- ¶ Si via executionis iura, & leges ciuiles, vel canonica primariò intendant bonum commune, instrumentum appositorum non reddit validas promissiones contra illas factas, ita ut obligent ex iustitia, sed tantum ex Religione ratione iuramenti. ¶ num. 16.
- ¶ Quid si primariò intendant via executionis bonum particulare cuiusque ciuis.
- Instrumentum tunc illis appositorum reddit promissiones contra has leges factas validas ex iustitia. ibid. ¶ num. 17.

15 Quid in dubio an leges ressipient primarium bonum commune, vel priuatum.

¶ VNT aliquæ promissiones, quæ sunt de re non aliunde mala, quam quod ex turpi causa, & fine vitientur, ut cum promittitur alteri pecunia, pro homicidio aliquo pattando, pro copia ad corporis concubitum facienda, & de his inquitimus, an validæ sint, & obligent. Et hoc de re sit.

¶ Prima conclusio, ante pattatum opus malum, promissio de illo facienda est irrita omnino, & non obligat tam ex parte illius, qui promittit opus malum, quam ex parte illius, qui promittit pecuniam, vel præmium pro illo faciendo. in hoc omnes Doctores conueniunt. Ita D.Thomas 2. 2. quæst. 32. art. 7. & q. 32. art. 7. in corp. & q. 62. art. 5. ad 2. Caietanus ibi. Conattuas ad reg. peccatum, 2. part. §. 2. num. 1. Corduba lib. 1. quæst. 32. art. 2. Medina C de restit. quæst. 20. vers. in oppositum, & quæst. 28. Lessius tomo 1 de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 3. & omnes quos statim referemus. Probatur facile, quia nemo potest se obligare ad peccatum, unde promissor sceleris non tenetur illud post promissionem implere. Nec etiam promissor pecuniae stipendij, vel præmij, vel pretij tenetur soluere ante patratum opus, quia non promisit, nec se obligauit ad solutionem, nisi post parrationem.

¶ Tora difficultas est, utrum post patratum opus teneatur promissor præmium promissum pro parratione illius soluere de iustitia, & possit patrator mali operis illud accipere, & tutè in conscientia retinere; & hac de re partitam opinionem inuenies.

¶ Prima affirmat; haec est communior, & probabilius, illam tenent omnes citati modò in prima conclusione: tenet etiam Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. c. 18. dub. 3. §. item sequitur, & Sancius cap. 4. dub. 8. à num. 52. Gutiérrez lib. 2. Canoncar. cap. 10. num. 1. Batt. & communiter Legiste in l. 2. c. de condic. ob turpem causam. Nauartus in summa Latina, cap. 17. num. 34. vbi testatur conuenire, & conspirare in hoc Legistas Canonistes, & Theologos, & id probat egregie Sotus lib. 4. de iustit. quæst. 7. art. 1. ad 2. Nam quamvis meretrice turpiter faciat meretricatum exercendo, non tamen iniuste, aut inique facit accipiendo præmium laboris sui meretricatus, ut dicitur in l. 4. vers. sed & quid meretrici. ff. de conditionibus ob turpem causam. Probatur, quia in unoquoque opere malo duo consideranda sunt; primum est malitia intrinseca ipsius operis: secundum est labor, quem patrator illius subit, cum promittit se illud opus facturum, periculum vite, fortunatum, & honoris, & periculum mutilationis cui se exponit, & similia, quæ executor tua causa subit: item fidelitas, & voluptas, quam tibi præstat, utilitasque, quæ tibi inde provenit, quæ omnia pretio apud omnes estimantur, & vendibilia sunt, & circa huiusmodi circumstantias operis mali pæcum celebrati potest inter mandantem, & mandatarium, promissorem, & promissarium. Sicut enim in bonis, & virtuosis operibus, labor, periculum, damnum, & similia, quibus se exponit ille, qui bonum opus promittit, possunt separari pæcisc, considerarique separatim à bonitate, vel malitia intrinseca ipsius operis, & vendi; veluti, si quis pacificatur dare centum aureos Sacerdoti, ut in loco, in quo vita ipsius Sacerdotis periclitatur, sibi celebret, aut conueniat de maiori stipendio, quam solito, dando, pro celebratione sacrificij Missæ in loco ab utbe valde distanti; ita in malis operibus hæc eadem, labor, periculum, industria, damnum, & similia, possunt consi-

considerari præcisa à malitia morali ipsius operis, & circa illa valide pacisci pro pretio arbitrio prudentis conguenti, quod non excedat peticulum, laborem, & damnum cui se exponit.

4. Medina tamen citatus ait, patrato opere malo teneri promissorem pretij illud soluere, ex fidelitate tamen, non ex iustitia, & addit non posse patratorum sceleris in conscientia illud retinere, sed tenet illud ei statim restituere, nec ab ea posse alio titulo retinere, nisi ex liberalitate ei donetur. Fundatur Medina, quia opus turpe inuendibile est: fallitur tamen Medina, quia, ut iam diximus hic, non venditur turpitudo actus, nec operis malitia, nec pascitur circa illam, haec enim turpitudo, & malitia inuendibilis est, & nemo se ad illam obligare potest, ut statim dicemus, sed venditur labor, industria, peticulum vita, & honoris, cui se patrator exponit, que omnia vendibilia sunt, & circa illa contrahere, & pacisci homines possunt, & aliunde eam contractus sit ex vitaque parte onerosus, tam ex parte promissoris pretij, quam ex parte promissarij, seu patratoris operis, sequitur, ut patrato opere vñquie obliget, non ante patrationem illius; ac proinde sequitur non teneri patratorum illius illud in conscientia restituere, si illud post patrationem accepit, ut expressè ait D. Thomas 1. 2. quast. 62. art. 5. & quast. 32. art. 7. incorpore, vbi dicit posse retinere id quod proprius opus malum, est acceptum, tenerique proinde ex iustitia promissorem pretij illud ei reddere post patratum opus, non antea. Ita communiter Doctores, & speciatim Lessius citatus dicit. tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 3. §. Hinc sequitur.

5. Secunda sententia negat, quam iudico probabilem; docetque haec sententia cum, qui aliquid promittit pro opere malo, nec ante, nec post patrationem sceleris teneri ad promissionem, inquit teneri ipsum patratorum pretium restituere, etiam post patrationem acceptam. hanc aliquis sequuntur Doctores, quos citat pro illa Couartuicias ad reg. peccatum 2. part. §. 2. num. 9. & ex Theologis illam sequitur Medina C. d. e. r. quast. 28. vers. in oppositum. Durandus in 3. dist. 39. quast. 4. quam etiam probabilem dicit Lessius allegatus, & magnum presidium habet haec sententia in l. si plagi ff. de verbor. obligationib. vbi sic dicitur, si plagi faciends, factive, causa concepta sit stipulatio, id est, promissio, ab initio non valer. quibus verbis aperte decernit promissionem pro causa turpi non valere, etiam ipsa re turpi patrata; & in l. generaliter, ff. eodens. ibi, generaliter nouimus turpes stipulationes esse nullius momenti. quibus verbis lex reddit irritas eas stipulationes, & conventiones, & inhabiles reddit personas ad contrahendum circa res turpes, & cum personæ sint incapaces de iure ad contrahendum, sequitur quod nulliter, & inualeat contrahant, vt ait Lessius citatus.

6. Sed ad huiusmodi leges respondere possumus, & ad alias similes, illas ita accipiendas esse, vt significant non valere tales conventiones ante factum opus; neque etiam post factum dari ius petendi promissum pretium in foro externo, non esse tamen illarum sensum tollere obligationem naturalem, quæ ex huiusmodi promissionibus onerosis oritur. Præterea ad legem plagi dicendum est, illam intelligendam esse, quando ipsa promissio post rei effectum, facta fuit, quia tunc maximè videtur fieri intuitu ipsius turpitudinis; deinde responderi potest intelligendum esse de promissione relata ad ipsam turpitudinem actus, sive ante, sive post ipsius patrationem facta sit; quare non obstantibus his

testibus implendam esse ex iustitia eam promissionem, conventionemque, sive antecedentem, sive subsequentem, & eadem responsio danda est etiam ad præfatam legem generaliter, ff. de verbor. oblig. quatenus sic ait, generaliter nouimus turpes stipulationes nullus esse momenti, velut si quis homicidum, vel sacrilegium se facturum promittat; sed & officio Praetoris continetur ex huicmodi obligationibus actionem denegari, & ad legem pacta, C. de pactis, ibi, Pacta, que contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores sunt, nullam vim habere, inabilitati iuris est. Vnde inferes, si nullam vim habent, nulliusque sunt momenti. Ergo id quod ex vi talis pacti accipitur, non efficitur accipientis, ac proinde est restituendum.

Nam omnes leges citate, & aliae similes, quæ pacta turpia irritant, accipienda sunt, vt relata ad turpitudinem actus, circa quam pacisci nemo potest, non vt relata ad circumstantias illius à turpitudine præcisas, vt diximus, & ideo pacta irritant in ordine ad turpitudinem, & malitiam actus, non in ordine ad illius licitas circumstantias; in foro tamen exteriori non recipitur actio patratoris circa pretium, si ei non sit solutum, quia presumitur conuenisse cum promissore circa malitiam, & actus turpitudinem, non circa licitas circumstantias; nec conuenit patratori talis actus eam actionem in iudicio intendere, quia se prodit, & loco praemij, suspedium accipiet: leges enim, & legislatores non curant has subtilitates, & distinctiones, quas curant Theologum veritatem inquirunt. Non tamen ipsæ leges irritantes tales conventiones, & turpia pacta reddunt irritam acquisitionem rei ex tali cauſi, nec faciunt accipientem inhabilem & incapitem, ad comparandum ejus rei dominium post patratum opus, sed tantum decernunt, vt ante patrationem operis habeantur illa pacta pro invalidis, & ne ex illis oriatur aliqua actio, & obligationis civilis in iudicio, ita docet Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 8. num. 46. post medium. Couartu. ad reg. peccatum part. 2. §. 1. num. 6. & alij. Et confirmatur, quia huiusmodi leges, ciuilis cum sint, non possunt irritare obligationem illam naturalem, quæ ex talibus pactis, opere completo, oritur: ita enim leges positivæ, quantum fieri potest, sunt interpretandæ, vt ius naturale non lœdant.

Circa secundam partem tituli huius capitis respondeo, primo, omnes illas promissiones esse iure naturæ irritas, quarum impletio etiam venialiter est illicita, quia nemo potest obligari ad peccatum, & consequenter etiamsi iuramento conformatur, sint inualide, & non obligant, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis: patet ex his, quæ diximus lib. 1. de contractib. in genere cap. 26. num. 4. docet Molin. tom. 1. de iustit. disput. 149. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 4. num. 22. Sanc. lib. 1. de matrim. disp. § 2. num. 1. Azor part. 1. lib. 1. cap. 7. §. prima est.

Iure autem positivo, tam ciuili, quam canonico, irritae quoque sunt, & inualide omnes promissiones, quæ præbent occasionem peccandi, veluti si promittas alicui, quid in posterum circa contractum tecum initum, non teneatur de futto, dolo, aut iniuria, & quales etiam sunt illæ, quibus testatores permitunt, & concedunt tutoribus, & curatoribus filiorum suorum, vt non teneantur de dolo, & damno, quod commiserint in administratione bonorum filiorum, & idem dicendum est de dominis cōcedentibus economis, & procuratoribus suis, vt non teneantur de eodem dolo, & danno in administratione

## 236 De translat. dominij per promissionem.

stratione rerum suarum, hæc enim omnia manifestam præbent occasionem peccandi: ita habetur in l. si unus §. illud. & §. pacta, ff. de pactis, & l. 27 ff. eod. docet Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 18. dub. 4. n. 23. Azor modò allegatus, & alii.

**10.** Solent multi Dynastæ, & potentes viri multum de fidelitate suorum œconomorum, quotum longam expertientiam habent, confidentes, eis schedulas concedere, ut polt predictorum Dynastarum, vel ipsorum œconomorum mortem, nec ipsi, nec heredes illorum teneantur reddere ratiocinium bonorum, quæ administrarunt. Rogabis ergo, an huismodi schedulae, & pactum in illis contentum valeat, iure ciuili, & canonico inspecto? Respondeo mihi videti non valere, propter rationem redditam, quia præbent occasionem peccandi, ut patet, & teneri illos consequenter rationem reddere, si ab eis petatur, hoc deducitur ex rationibus, & iuribus allegatis, & conduit ad hanc rem probandam cap. legem 1. distinct. 13. in quo non admittuntur ad Religionem illi, qui publicis sunt ratiocinijs obligati; publica autem ratiocinia sunt illa, ex quibus obligantur officiales ratione aliqua ad Reipublicam pertinente, ut thesaurarij, vel depositarij publici. l. officiales, C. de Episcop. & clericis. Item ea, qua adstringuntur nonnulli pacto, iuramento, stipendiisque ad officium publicum, veluti Aduocati, procuratores, magistratus, iudicésque, vt docet Sayrus in thesauro, cum multis lib. 6. cap. 14. num. 7. Soart. de censuris, disp. 51. sect. 3. num. 15. Toleetus in summa, lib. 1. cap. 54. §. sunt alii. Mayolus de irregularitate, lib. 2. cap. 5. & 11. nam quamvis huismodi Doctores loquantur de officialibus publicis Reipublicæ, & non de officialibus Dynastatum, aut Prælatorum, veluti de Thesaurariis illorum, & œconomis; tamen cum proportione hoc etiam de illis intelligendum est, quia non est negandum eam fiduciam illis non exiguum præbere occasionem peccandi, ut de se patet; quatenus verò huismodi officiales publici non possint ingredi Religionem ante ratiocinia, & an professio illorum sit valida, vide D. Rodericum à Cunha in 1. part. decreti, distinct. 53. à num. 7. Planè professio illorum valuit olim de iure communii antiquo, & valet etiam hodie post moderationem Bullæ Xisti V. quam adhibuit Clemens VIII. Summus Pontifex, anno 1602. Nam iuxta decretum Xisti V. solum illorum professio irrita erat, qui ad ratiocinia erant obligati ultra vires facultatum suarum, non int̄ illas, siue & alienum deberetur publico, siue priuatim hominibus. Sed rigorem huius motus Xisti V. reduxit Clemens VIII. quoad valorem professionis ad terminos iuris communis; qua de re vide Cunham allegatum, & Sancium tomo 1. Decalogi, lib. 4. cap. 19.

**11.** Irritæ sunt quoque iure ciuili positivo omnes promissiones, & conuentiones, quæ auferunt libertatem testandi, aut disponendi liberè de rebus propriis, ut si promittas alicui, quod illum heredem institues, quod non reuocabis testamentum tuum, quod dabis ei 100. v. g. si illum heredem non facias. Hæc enim omnia comprehenduntur in l. palla, C. de pactis, quæ ita ait, Palla, quæ contra leges, institutionesque, vel contra bonos mores sunt, nullam vim habere, indubitate iurus est. Item colligitur ex J. stipulatio hæc modo, ff. de verborum obligationib. dicuntur autem ea fieri contra leges, in quibus pollicetur aliquid, quod leges prohibet, ut furtum, homicidium, iuramentum falsum, &c. Contra bonos mores, ea quibus datur ansa iniquè agendi, vel quæ prædictos bonos mores ciuiles etiam impediunt,

quos decet esse in Republica bene morata, atque instituta, ita docet Sylvester verb. pallum, num. 8 & 11. Molin, tom. 1. de instit. disput. 151. & tomo 2. disput. 271. Lessius tomo 1. de instit. lib. 2. disp. 18. dub. 4. num. 24.

**12.** Quod ad postremam partem tituli huius capitil attinet, inquit, an quando promissiones sunt invalidæ iure positivo, vel canonico, validæ fiant ratione iuramenti, si illud illis accedit, quo confirmantur? Et ut ad hoc dubium de se fatis graue, difficileque respondeam, notabis primo, omnes leges ciuiles, vel canonicas per se primò intendere bonum commune via intentionis. Via tamen executionis quædam primariò intendunt bonum publicum, secundariò bonum priuatum cuiusque ciuii; quædam vero primariò, & per se intendunt bonum priuatum cuiusque ciuium; secundariò vero bonum commune.

**13.** Exempla illarum, quæ primò & per se via executionis intendunt bonum commune, sunt omnes leges quæ prohibent, ne pecunia, equi, arma, frumentum, & alia similia ē regno extrahantur; & omnes leges irritantes promissiones, instituendi heredem certam aliquam personam, non reuocandi testamentum, soluendique in poenam certam summati, si reuocetur. Item omnes leges ciuiles, vel canonicas irritantes promissionem penale sponsalibus appositæ, si ab illis recedatur, quæ irritatio est in cap. Gemma mulier, de sponsalibus. hæc enim omnia, & alia similia non prohibentur immediate via executionis, ob fauorem cuiusque hominis particularis, sed ob fauorem Reipublicæ, & boni publici, cui interest, ut abundet equis, armis, frumento, & ne illius ciues arma de nocte afferant, ut pax publica serueretur, & arma habeat quibus defendatur; & ut omnia testamenta ciuium liberè fiant, liberèque disponant de rebus suis, & similiter, ut omnia matrimonia liberè contrahantur.

**14.** Exempla illatum legum, quæ primariò respiciunt bonum particulare cuiusque ciuium, secundariò bonum commune, sunt omnes leges, quæ prohibent pacta, & promissiones, quæ filia cum parentibus efficiunt, ut certa dote contenta suis legitimis cedant, si promissam dotem excedant. Item leges prohibentes, & irritantes promissiones solutionis usurarum, ut habetur in cap. debitores, de iure iurando. Item illæ, quæ irritant alienationem fundatalis, etiam de consensu vxoris factam, sine iudicis autoritate; similiter leges annullantes alienationem bonorum minorum sine solemnitatibus requisitis. Similiter illæ, quæ prohibent fideiussiones mulieris sine iuris solemnitate; donationem inter patrem, & filium; inter maritum, & vxorem, constante matrimonio. Donationem excedentem summam requirentem insinuationem Regis. Donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum. Non enim magis Reipublica interest, ut commodum harum rerum magis ad hunc, quam ad illum suum ciuem perueniat: vide hæc de te Sancium lib. 1. de matrim. disp. 32. ferè per totam.

**15.** In dubio vero, an hæc, vel illa lex ciuilis, vel canonica respiciat primariò bonum publicum, an priuatum, censendum est, commodum priuatum trespicere, ut docet Alciatus in cap. si contingat, de iure iurando, num. 29. refutans pro ea alios. His positis,

**16.** Sic statuo primò. Omnes contractus, promissiones, & conuentiones, quos ius ciuale, vel canonicum ipso facto irritat, & prohibet, primariò & immediate ob bonum commune, non validantur ratione iuramenti, si illis apponatur, id est, non validantur,

dantur, nec firmantur, ita ut obligent titulo iustitiae, & ex iustitia; obligant verò, & validantur ita ut obligent ex Religione, si illorum impletio est licita, & illi impleti possunt absque ullo peccato tam mortali, quam veniali, aliter nec ex Religione obligant, ita docet Lessius tom. 1. de iustit. cap. 18. dubitat. 4. num. 25. Sylvestris verb. patrum num. 11. idem Lessius cap. 17. dubitat. 7. num. 55. & 56. Molin. tom. 1. de iustit. disput. 149. & 150. Sancius lib. 1. de matrimon. disp. 32. num. 8. vbi plurimos pro ea citat. Vide quia diximus lib. 1. de contractibus in genere cap. 26. à numer. 14. & deinceps, præcipue numer. 15. vbi latè, & fusè hanc rem tractauimus. probatur ex cap. quatuor patrum, de pactis in 6. vbi dicitur obseruandum esse omne illud iuramentum, quod non vergit in dispendium salutis aeternæ. Quare si huicmodi iuramenta licite, & sine peccato mortali, vel veniali exequi possunt, obseruanda sunt propter religionem iuramenti, hoc est, obligant ex religione, ne Deus adducatur in testem falsitatis; illa enim iuramenta non vergunt in aeternæ salutis dispendium, quotum executio est licita. Et aliunde non validant contractus, ita ut obligent ex iustitia, quia iuramentum est accessorium, & sequitur principale, cui accedit, ac proinde relinquit promissionem, & contractum in sua natura.

17. Sic statuo secundò, illi contractus, & promissiones, quos primariò ius civile, vel canonicum prohibet ob bonum priuatum hominum, secundariò ob bonum commune, sive ipso iure sint irriti, sive irritabiles, ita firmantur apposito iuramento, vt si aliunde liciti sint, hoc est, executionem licitam habeant, non solum tenetur promissor ad executionem eorum ex religione iuramenti, sed etiam ex iustitia. hanc docent Doctores citati in prima. docent etiam Bartol. in l. si quis pro eo, num. 7. ff. de fiducijs. Gutierrez de iuram. confirmator. cap. 58. num. 15. Molin. tom. 1. de iustit. disp. 49. probatur ex cap. 2. de pactis in 6. & ex Authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. & ex aliis iuribus, & rationibus, quos affert Sancius lib. 1. de matrimon. disp. 31. num. 8. Et ratio est, quia quisque potest cedere gratiae, ac fauori suo; quare cum ius vel profibeat, vel irritet huicmodi contractus, & promissiones in fauorem & gratiam cuiuscunq; hominis particularis, possunt illi cedere gratia, & fauori suo, & aliunde manebunt contractus in vi- gore suo obligante ex iustitia; promissiones vero, vel ex iustitia, vel ex fidelitate, iuxta diuersas opiniones; ex fidelitate, iuxta nostram opinionem, quam securi sumus cap. 2. num. 2. ex iustitia, iuxta aliam opinionem valde probabilem, quam ibidem retulimus.

### CAPVT VII.

Qui possint de iure pro absenti stipulari, seu acceptare promissiones, & donationes.

1. Ut si qui de iure est habilis ad acceptandem pro alio absenti, possit pro illo acceptare, opus est, ut verba promissionis tacite, vel expressè ad illum dirigantur, videlicet, ut dicat promissor: Promitto tibi me daturum Petro absen-

ti tantum, vel promitto me daturum Petro tan- tum, iam enim illic subintelligunt tibi, & numer. 3.

2. Is qui de iure potest pro absenti stipulari, seu ac- ceptare, non potest remittere promissioñ loco absenti, nisi ad id speciale illius facultatem habeat.

3. Vbi acceptatur promissio pro absenti à persona habili, statim acquiritur ius ipsi tertio absenti, & mem. 4.

Istud ius est irrevocabile respectu illius, qui de iure pro absenti acceptauit, revocabile vero per ordinem ad promissentem antequam promissa- riu接受erit, & per ordinem ad ipsum promis- sarium. ibid.

4. Hoc intelligitur de promissione gratuita, & libe- rali, non de promissione reciproca, & quare.

5. Potest de iure acceptare pro altero omnis, qui ad id ab illo habet facultatem specialem, vel ge- neralem.

Possunt procuratores Principum, oppidorum, & ciuitatum pro illis acceptare. ibid.

An possint procuratores personarum particula- rium. ibid.

Et quomodo acceptare possint. ibid.

7. In quibus casibus ex acceptatione horum procura- torum particularium personarum absque villa- cessione illorum acquiratur utilis alio ijs perso- nis pro quibus acceptarunt.

8. Possunt ferui, seu mancipia, sive familiæ, & Re- ligiosi pro domini, parentibus, & Prelatis suis absentibus acceptare, & omnes qui sui iuris non sunt, & n. 9.

10. Non possunt familiæ mercenarij, nec vassalli pro Principe, nec magistris pro discipulis, nec filii sui iuris pro pare.

11. Possunt tutores pro pueris, curatores pro mino- ribus, Principes pro vasalibus suis acceptare.

12. Possunt illi omnes pro absentibus acceptare, qui ex ea acceptatione commodum aliquod repor- tant, veluti credatores pro debitoribus.

13. Quilibet homo non potest acceptare pro absenti, an possit amicus pro amico.

14. An parochi pro parochiano.

15. An Tabelliones, Notarii, & iudices possint pro par- tibus absentibus.

16. An extra indicum possint Notarii, & Tabelliones acceptare pro alijs.

17. Et an quando in scripturis publicis pro absentibus acceptant, statim actionem usum absentibus acquirant.

Data acceptatione Tabellionis in scriptura publica pro absente, an tam firma maneat talis accepta- tio, ac si ipse absens pro quo illa acceptat, acce- ptearet. ibid.

18. Omnes textus, qui constituant Notarios, & Tabel- liones personas de iure habiles ad acceptandum pro absentibus in scripturis publicis talem vim tribuunt illorum acceptationi, ut amplius a pro- mittente renocari non possit donatio, vel pro- missio.

19. Acceptante Tabellione pro absente in aliis iudi- cialibus, vel scripturis publicis, vel alia perso- na de iure habili ad acceptandum, si vel ipse promissor, & donator, vel promissarius & do- natarius e vita discedat, antequam promissa- riis, vel donatariorum ratam habeat talem accep- tationem, transit obligatio illius ad heredes promissentis, & donantis, respollit etiam bare- dum donatariorum, promissiorum.

20. Quid si gratuita, & liberalis promissio obliget

santum

## 238 De translat.dominij per promissionem.

tantum ex fidelitate , an tunc hec obligatio  
transcat ad predictos heredes.

1. **H**ec quæstio de se est valde utilis in hac  
materia promissionum , & donationum,  
& sub illius titulo multæ , & graues que-  
stiones , & quotidiano usui hominum valde necessa-  
ritat à Doctoribus excitati solent , præcipue à Iuris  
peritis ; ea tamen confusione , qua solent . Nos si  
non omnes , saltem præcipuas , & magis utiles no-  
stro more , modoque tractabimus , ea tamen breui-  
tate , & claritate , ut legentibus fastidio non simus ,  
nec officio nostro desimus .

2. Et verò antequam de personis , quæ pro aliis ab-  
sentibus , de iure promissiones & donationes acce-  
ptare possunt , agamus ,

Notari velim primò , ut is , qui præsens est , pro  
absente stipulari possit , & acceptari , requiri , ut ver-  
ba promissionis , & donationis dirigantur tacitè , vel  
expresse ad præsentem acceptantem , v. c. ut dicat  
promittens : Promitto tibi , me daturum centum  
Paulo ; si enim dirigantur ad absentem , tunc is , qui  
præsens est , acceptare non potest talem promissio-  
nem , quia illi non fit : ita ex communi Doctorum  
opinione docet Couarruicias in cap. quattuor pæctum ,  
part. 1. §. 4. num. 13. & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2.  
cap. 18. dub. 7. num. 49. Quamobrem si promittens ,  
vel donans , dicat : Promitto Titio absenti centum ,  
nō potest aliquis validè acceptare talem promissio-  
nem nomine Titij absensis , nisi is qui potest ac-  
ceptare , sit præsens , quia iam tunc subintelligitur tibi .  
Ratio ac fundamentum est , quia ut fiat pactum , &  
obligatio , necesse est , ut detur consensus recipro-  
cus duorum in idem , & concordat virtusque con-  
trahentis voluntas circa eandem rem ; hic autem  
non concordat virtusque contrahentis voluntas , nec  
darur mutuus , ac reciprocus consensus in idem ;  
quia non adest consensus illius , in quem consensus ,  
& promissoris verba diriguntur , & id: o talis pro-  
missio semper revocari potest , dum ab eo qui absens  
est , acceptata non fuerit ; ita docet Leonardus Les-  
sius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 7. num. 49.

Notari velim secundò , illum , qui pro absente  
acceptauit , non posse eam promissionem , vel dona-  
tionem remittere , quia iam fuit ius acquisitionis ei ,  
pro quo ipse acceptauit , & in præjudicium tertij  
nemo potest aliquid vel licite , vel iuste facere , nec  
alterum iure quæsito priuare : obligatio tamen , qua  
promissor tertio adstringitur , adhuc pender , & sus-  
pensa est , donec à tertio acceptata sit , unde ante  
illius acceptancem non tenerur promissor illam  
implete . Fundamentum est , quia is , qui præsens  
fuit , non acceptauit promissionem nomine suo , sed  
nomine absensis , & sub illius voluntatis beneplaci-  
to : unde si absens illam reciuerit , manet irrita . Se-  
cundus tamen dicendum est , quando is , qui acceptat  
promissionem pro tertio absente , vicius nomine  
illius aliquid promissor repromittit ; tunc enim  
potest remittere promissionem in grariam absensis  
factam . Ratio est , quia potest se ipsum solueré , vo-  
lente promissore cui se nomine absensis obstrin-  
xit : ita docet Lessius allegatus num. 50. nam cum  
hoc vinculum ortum fuerit ex acceptatione ac-  
ceptantis , poterit ex illius remissione dissolui . con-  
firmatur ex reg. 35. ff. de regul. sur. ibi . Nihil tam na-  
turale est , quam eo genere quidque dissoluere , quo colli-  
gatum est . & ex illo communissimo iuris effato ,  
*Obligatio per quas causas oritur , per easdem tollitur .*

3. Dixi in primo notando , tacitè , & expresse ; quia  
duabus modis censemur verba promissionis ad  
præsentem acceptantem dirigi . Primo , & expresse

quando extinxitur persona præsens , quæ acceperat:  
ut cum dicitur , Promitto tibi me daturum Antonio  
absenti 100. Secundò , & tacitè , ut cum ei dicitur ,  
Promitto me daturum Antonio 100. tunc enim ta-  
citè censerat fieri promissio præsenti acceptanti il-  
lam pro absente Antonio . sic enim usus hominum  
habet . In dubio autem , is sensus verbis promissio-  
nis , & contractus , tribuendus est , ut valeat ; l. quo-  
ties in stipulat. ff. de verborum obligat. Lessius tom. 1.  
de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 7. num. 49. §. dixi expresse .

Contra secundum notandum insurgunt aliqui  
allectentes , eo argumento , ac fundamento probari  
quoque , posse etiam acceptantem remittere , ac  
condonare promissionem à se pro absente ac-  
ceptatam , etiamsi is nomine illius nihil repromiserit ,  
quia obligatio per quas causas oritur , per easdem  
tollitur , unde quia ex illius acceptatione resultauit  
obligatio promittenti , ex illius etiam remissione  
antequam absens acceptauerit , illa remitti , condon-  
nare potest . Planè ob hanc rationem illa senten-  
tia non videtur manifeste improbabilis , eamque te-  
net Collector decision . Pedemont . decis . 70. Cæte-  
rū cum post simplicem acceptationem ius fuerit  
terrio absenti simpliciter acquisitum , non poterit  
validè revocari per ipsum acceptantem , antequam  
absens illud revocet , est enim illud ius in ordine  
ad ipsum tertium absentem revocabile , quia per il-  
lum solum revocari potest ; in ordine vero ad ac-  
ceptantem pro illo , est irrevocabile , quamvis tota  
causa unde illud oriatur sit illius acceptatio ; in re-  
promissione verò nullum ius acquirit absens , ino-  
liquod ex ea repromotione acceptantis nomine  
illius promissori facta præjudicium ei resulat ,  
quod tacite ex voluntate ipsius promissarij absensis  
acceptans tollit ; & ita planè videtur docete Co-  
uarruicias lib. 1. variarum , cap. 14. num. 13. §. princi-  
paliter , & §. quamobrem ad finem num. 13. quod ma-  
gis patet ex sequenti notando .

Notari velim tertio , ea quæ hactenus dicta sunt  
intelligi de promissione simplici gratuita , & libe-  
rali , si enim promissio sit onerosa , & respectiva , non  
sufficit , ut acceptans pro absente acceptet , sed re-  
quiritur , ut ipsemet absens illam acceptet , & repro-  
mittat ; quamobrem aperte illius repromotionem  
semper revocari potest : ita Sancius lib. 1. de ma-  
trim. disp. 7. num. 12. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2.  
cap. 18. dub. 7. num. 51. quod inde facile probatur ,  
primo , quia absens potest non acceptare cum illo  
onere ; ergo similiter contrahens cum absente po-  
test retrocedere . patet consequentia , quia contra-  
ctus onerosi ex nulla parte debent claudicari . Se-  
cundo , quia , qui acceptat pro absente , non debet ac-  
ceptare , nisi quatenus acceptatio ei potest esse com-  
moda , sed hæc acceptatio nullo modo sufficeret ,  
quia etiamsi fieret per ipsum promissarium præ-  
sentem , vel coram illo non sufficeret , quia debet si-  
mul adesse repromotione , ut ex usu communis patet .  
Tandem , quia ante virtusque partis obligationem  
non datur perfectus contractus . Contractus enim  
respectivus , habet hanc tacitam conditionem , si al-  
ter repromittat , qua non implera , potest altera pars  
resiliere , quia promissio non est plena , & perfectè  
acceptata . His notatis ,

Primo quidem potest omnis , qui ad id specia-  
lem , vel generalem ab altero habet facultatem , pro  
ipso absente stipulari , vel acceptare , ita Lessius to-  
mo. 1. de iustit. cap. 18. dub. 7. initio , lib. 2. Possunt etiam  
procuratores principium , oppidorum , cunitatum ,  
pro illis absentribus stipulari , & acceptare , ita Molin .  
tom. 2. de iustit. disp. 264. fol. 80. §. Procurator . Pri-  
curator tamen hominis , seu persone particularis ,  
etiamsi

etiam si acquirat dominium eius rei, quam pro eo cuius est procurator acceptat, quamvis ille absens id ignoret, ut habetur *l. possesso quoque, §. ult. ff. de acq. possesso & l. ea que civiliter, ff. de acq. rer. dom.* tamen si aliquid nomine illius acceptet, non eo ipso, ei pro quo accepit, qui cum procuratorem constituit, competit actio utilis ad rem promissam; nam cum verba promissionis dirigantur ad illum tacite, vel expresse, qui praesens est, & pro alio absente acceptat, iuxta ea que diximus in primo notando, sequitur ut actio utilis ad illum spectet, necesse esse, ut eam absenti pro quo acceptauit prius cedat, in euinque transfundat; si tamen renuat transfundere, cogetur iudicis autoritate, ut habetur *l. possesso, §. ultimo ff. de acquirenda possessione*, citata. Aut tantum de bonis procuratoris tradetur ei, pro quo acceptauit, & qui illum procuratorem constituit, quantum ea actio estimatur, habetur *l. 8. tit. 11. part. 5.* docet Molina *tom. 2. disput. 264. fol. 80. §. Procurator. & Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 11. num. 18.* Quando autem non sunt bona ei, unde fieri possit haec estimatio, tunc de iure communi, & Castellæ, statim ea utilis actio sine villa cessione illi conceditur, patet ex textu *in l. 2. ff. de instit. action.* docet Molina *tom. 2. modò allegatus, cum aliis quos citat.*

7. In sequentibus tamen euentibus ex acceptatione horum procuratorum conceditur absque villa cessione, utilis actio, illis quorum sunt procuratores. Primo, si praesens sit ipse, cuius est procurator, dum acceptatio fit, *l. si procuratori presenti. ff. de verbis. obligat.* Secundo, si stipulatio, aut acceptatio fiat circa soluendam pensionem fructus, aut redditus ex re propria illius, qui illum procuratorem facit, ut ex locatione domus, aut alterius tei. *l. quod procurator, ff. de procurator.* Tertio, quando stipulatio fit in iudicio. *l. in omnibus 1. ff. de pret. stipulat.* sic docent Molina *tom. 2. de iust. disp. 264. §. in sequentibus.*

8. Possunt etiam in secundo loco pro absentibus stipulari, seu acceptare, omnes, qui sub aliorum potestate sunt, dummodo sui iuris non sint respetu illorum, sub quorum potestate sunt, veluti mancipia, seu servi pro dominis suis; servi enim, sive praesentes acceptent pro se, quando illis fit promissio, sive pro dominis absentibus, perinde res, quas acceptant, ad illorum dominos pertinent, ac si ipsi domi praesentes illas acceptassent; patet ex §. si quis alij, *Instit. de inutil. stipulat.* & habetur *in l. 2. ff. rem pupilli;* affirmat glossa §. si quis, *Instit. eod.* docet Lessius *tom. 1. de inst. lib. 2. cap. 18. num. 47.* Molina *tom. 2. de iust. disp. 264. §.* Tale in primis, quod adeò verum est, ut etiam acceptatio, que fit à mancípio, cuius solum vsum fructum dominus habet, valida sit, & valida etiam ea, que fit à mancípio quod bona fide possidetur, sive alienum sit, sive homo liber. Ita Molina, citarus, & glossa *ad Institut. per quas actiones nobis acquiratur possessio, & per quas personas obligatio acquir. §. de his etiama, & § item placet, & glossa etiam in cap. quanquam, de usuris in 6. verb. possint acquiri.*

9. Filii etiam familias, & Religiosi, cum non sint sui iuris, sed sub potestate patris, & Praelati sint, possunt pro patribus, & Praelatis absentibus acceptare, quia censentur in iure una persona quoad hunc effectum; ita Lessius, & Molina allegati, patet que ex §. si quis alij, *Institut. de inutilib. stipulat.* ibi, si quis alij, quam ei, cuius iuri subiectus sit, stipuletur, nihil agit.

10. Non tamen possunt famuli mercenarij acceptare pro dominis suis absentibus; nec subditi, vel

vasalli pro Principe, nec magistri pro discipulis; nec filius sui iuris, qui cum potestate patriam egressus fuit, pro patre, vel matre, nec patér, vel mater pro eodem filio sui iuris, nisi ad id speciale, vel generalem commissionem habeant, & ratio est, quia sunt sui iuris, patet ex eodem §. si quis alij, *Instit. de inutil. stipulat.* docet Molina *tom. 2. de instit. disput. 264. §.* Alia vero Lessius *tom. 1. de instit. lib. 1. cap. 18. dub. 7. num. 47.* & communiter Doctores.

In tertio loco possunt acceptare pro absentibus omnes, qui aliorum eorum gerunt, ut tutor pro pupillo, curatores pro furiosis, Principes pro subditis, & vasallis. Ratio est, quia cum possint illis facultatem dare ad acceptandum pro aliis, & pro se, à fortiori, potiorique iure illam habent, ita Lessius *dicit. tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 7. num. 47.* Sancius *lib. 1. de matr. disp. 7. num. 11. patet ex predict. §. si quis alij, Instit. citat.*

Quarto loco possunt illi omnes pro aliis acceptare, qui ex promissione, vel donatione commodum aliquod, vel utilitatem reportant, vel onere aliquo liberantur, ut creditor pro debitore suo, socius alicuius contractus pro socio in eodem contraetu, vxor pro marito, & maritus pro uxore, frater pro fratre quando fratris acceptantis interest, alijs non. Item si pena in aliquo contractu sit apposita in gratiam alicuius tertij, potest iste tertius acceptare promissionem absenti factam, ita Couartiuias *in cap. quanquam pactum part. 2. §. 4. num. 5.* Lessius allegatus §. tertio, constatque ex predict. *Instit. de inutilib. stipulat. §. sed si quis.*

Non potest tamen quilibet priuatus homo pro alio acceptare absentes, quanvis alias sit propinquus, aut amicus, dummodo nullum inde commodum accipiat, ut dictum maset; alt tamen Lessius statim hic citandus, licet de iure amicum pro amico absenti stipulari non posse, posse tamen secundum hominum usum pro illo stipulari, ita ut aliquam saltem leuem, & venialem obligationem patiat; que si iuramento firmetur, vestatur in gracie, & non solum pro foto conscientie, sed etiam in foro civili obliget, & patiat actionem. Potest tamen quilibet priuatus homo acceptare, stipulari, & acquirere Ecclesie, & causis piis, iuxta glossam receptam *in cap. quoties cordis 1. quast. 7.* docet Lessius *citatus num. 48.* Couartiuias *in cap. quanquam pactum 1. part. § 4 num. 14.* Julius Clarus *lib. 4. §. donatio. quast. 12. num. 6.* Ruinus *consil. 13. num. 10. lib. 4. glossa in l. illud. C. de sacros. Eccles. verb. Alia causa.*

Parochus licet *in cap. quanquam, de usuris in 6.* numeretur inter eos, qui utilem actionem comparare possunt absentibus; id tamen solum locum habet in casu illius capituli, nempe ut cautione ipsi parochio prestita de restituendis rebus usura acquisitis, utilem actionem compararet iis, quibus sunt restituendæ, ut docet animaduertit Molina *tom. 2. de iust. disp. 264. §.* Parochus, & ideo promissionem, aut donationem pro absentibus parochus acceptate non potest.

Tabelliones, Notarij, iudices pro partibus absentibus acceptare possunt, sive partes sint pupilli, sive quicunque alij, quod absque controvertia concedunt omnes, modo partes ad suum iudicium specent; id vero de iudice & tabellionibus in actibus judicialibus disponit etiam lex 7. tit. 11. part. 5. consentit *cap. quanquam, de usuris in 6.* docet Molina *dicit. tom. 1. de iust. disp. 264. fol. 76.*

Dubium tamen est, an quando extra iudicium ipsi Notarij, & Tabelliones pro absentibus in scriptis

## 240 De translat. dominij per promissionem.

pratis publicis acceptant, eo ipso acquirant absentes pro quibus acceptant actionem vitalem in eos, qui illis aliquid promiserunt, aut donatunt, an potius opus sit ut illam in eos transmittant, illamque eis cedant. Planè Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. à num. 67. afficiat acquirere, ita ut necesse non sit, ut tabellio illam cedat, & ait esse communem, consentit Molina Theologus tomo 2. de iust. & diff. 264. §. quid de hac re sentiam. Couartuias, Iulius Clarus, & Bartolus, quos statim referam. Addit vero Molina iuris peritus num. 69. acceptancem tabellionis id operari, quod sententia ratihabitione donatarij, vel promissarij absentis, cuius nomine Tabellio acceptauit, omnino confirmetur donatio, vel promissio, ut statim compesar donaratio, vel promissio actio utilis aduersus promittentem, vel donatorem, aliter ante istam ratihabitionem non competere, & ait insuper in isto medio tempore dum promissarius, vel donatarius non acceptat, posse donatorem & promissorem illam reuocare, ac proinde post eam renocationem extinguit ipsam actionem, sicut extinguitur donatio, vel promissio, citat pro se Decium, Paulum, Cakrensem, & alios, qui omnes in eo fundamentum suum stabilirent, quod in toto iure non indenitut textus, qui eam vim tribuat promissioni, vel donationi per tabellionem acceptatae, ut ante acceptancem, seu ratihabitionem donatarij, vel promissarij, non possint donatores, vel promissores, donationes suas, vel promissiones mette gratuitas reuocare.

17. Dicendum tamen est, non opus esse, ut acceditista acceptatio, seu ratihabito promissarij, vel donatarij, ut irrevocabiles, ac firmæ sint, sed statim, ac per tabelliones stipulantur, vel acceptantur manente firmas, & irrevocabiles, sicut manent alias, quæ acceptantur per alias personas, quæ de iure acceptate possunt, de quibus supra egimus. Ita docet Couartuias in rubr. de test. part. 3. num. 13. & lib. 1. variarum, cap. 14. à num. 12. Iulius Clarus lib. 4. sentent. quæst. 13 num. 2. Molina Theolog. tomo 2. de iustit. diff. 264. §. quid hac de re sentiam. Bartol. & Gregorius Lopez, quos citat. Et quidem hæc sententia de iure Lusitano est sequenda non solum, quia est sententia Bartoli, sed etiam, quia ita expressæ statuitur lib. 4. nouæ ordinationis tit. 63. ibi, donationes pure, & simplices (hoc est, quæ non sunt respectiæ, onerosæve) ubi primum facta sunt, & per tabellionem acceptatae, vel per illos qui de iure acceptare possunt, statim firma, & perfecta sunt. Vide Georgium de Cabedo decis. 186. ubi hanc ordinationem allegat. Et fundamentum horum Doctorum est, primo, quia data acceptatione Tabellionis non minus firma, & irreuocabilis manet promissio, vel donatio, quam data per seruum, vel aliam personam de iure habilem ad acceptandum pro absentibus. Sed data acceptatione aliarum personarum statim prefatae promissiones simplices, & gratuitae manent firmæ, & irrevocabiles, & non opus est, ut accedit nouus consensus, aut ratihabito absentium pro quibus acceptatae fuerunt: igitur a fortiori idem erit dicendum de promissionibus, donationibusque acceptatis per Tabelliones, & Notarios. Secundo, quia Tabellio, & Notarius stipulantes in scripturis publicis (nam extra illas non sunt personæ aptæ de iure ad acceptandum) vnam personam efficiunt cum absente, pro quo de iure acceptant: & ex illorum voluntate, & voluntate illius pro quo acceptant, una voluntas, & unus consensus moraliter, & ex fictione iuris coalescit; ergo non opus est, ut accedit nouus consensus absentis. Tertio, quia contractus promissionis, & donationis

(sicut & reliqui contractus) firmus sit ex concordia utriusque contrahentis voluntatis per consensum, utriusque, nempe ex consensu promissoris, & ex consensu promissarij acceptantis; atqui consensus promissarij absentis datus est per conensem tabellionis acceptantis presentis; ergo post eum concordum utriusque voluntatis, & consensus, non opus est ut accedit nouus consensus, seu noua ratihabito promissarij absentis, & sic diei non potest voluntatem promissarij absentis non fuisse coniunctam & presentem cum voluntate promissoris presentis; non fuit enim praesens physice & naturaliter, fuit tamen moraliter & de iure praesens per voluntatem, & consensem tabellionis pro illo acceptantis, quilibet enim prudens per alium de iure habilem acceptabit gratuitam, & merè liberalern promissionem sibi factam, & alioqui imprudens plane erit.

18. Ad fundatum primæ opinionis, quatenus dicebat nullum repetiri textum in toto iure, qui eam vim tribuat promissioni, seu donationi factæ absenti per tabellionem acceptatae, ut ante notitiam promissarij reuocari a promissore, & donatore non possit. Respondeo omnes textus qui constitutunt de iure alias personas habiles ad stipulandum pro absentibus, eam vim, & efficaciam consequenter predictis promissionibus acceptatis tribueret, ut hactenus diximus: quamobrem diximus licet stando in solo iure communi non reperiatur talis textus, tamen tam efficaciter ius commune tribuit hanc facultatem personis iis, quas ad stipulandum pro absentibus habilitat, ut nulla amplius sit necessaria noua voluntas, aut ratihabito ipsorum absentium. ita docet Molina tomo 2. de iustit. diff. 264.

Hinc sequitur acceptante tabellione, vel alia persona de iure habili pro promissatio, vel donatio absentis, si vel ipse promissor, & donator moriantur antequam promissarius, vel donatarius de novo acceptet, & ratam habeat talam promissionem, vel donationem: vel ipse promissarius, aut donatarius è vita discedat, transire hanc obligationem ad heredes illorum respectu, & manere etiam superstitem obligatum heredibus morientis, modò ipsa promissio, aut donatio fit realis. ita docent Molina Theologus tom. 2. de iustit. diff. 264. §. iuxta hanc sententiam. Iulius Clarus lib. 4. §. donatio, quæst. 13. num. 4. Couartuias in rubr. de testam. part. 3. num. 13. & lib. 1. variarum, cap. 14. à num. 12. Molina iurisconsultus lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 77. Sancius, & alii, quos citavimus cap. 2. num. 7. qui tenent promissionem obligare post acceptancem promittentem ex iustitia. Ratio est, quia ex acceptance tabellionis, vel alterius personæ de iure habili ad acceptandum, & stipulandum pro absente acquisiuit promissarius absens ius in tali te promissa pro se, & suis heredibus, ita efficax & perfectum, ut amplius illud renocare non possit, cum renocare non possit promissionem, quod ius ad filios heredes consanguineos transit; cum hi representent eos, quibus succedunt in bonis, non extraneos. Et idem dicendum est, etiamsi promissor, vel donator moriantur antequam promissarius illam acceptet, vel de novo ratificet, vel notitiam illius habeat, quia post eam acceptancem tabellionis, vel alterius personæ de iure ad stipulandum habili tam efficax ius tribuat promissor & donator promissario, absenti, vel donatario, ut suos heredes obligent ad eam promissionem, (si realis illa sit) ut supponimus; fuit enim promissio realis, quæ necessariò transit ad heredes promissoris, ad quos bona, & res illius transiunt,

runt, secus si esset promissio personalis. Ita auctores allegati.

20. Sed hoc procedit in opinione, quæ docet promissionem gratuitam, & liberalem post acceptationem obligare ex iustitia: secus in opinione, quæ docet obligare ex fidelitate, quia obligatio fidelitatis habet personæ, & verbis promittentis, iuxta ea quæ diximus cap. 2. num. 2. ac proinde extincta persona per mortem, extinguitur obligatio illius personalis.

## CAPVT VIII.

De promissione de facto, & re aliena,  
& de promissione rei, seu frumenti,  
qui nascentur,  
& in spe sunt.

1. De iure ciuili promissio facti alieni est inualida, & non obligat.
2. Quibus modis concipi potest promissio de re aliena.
3. In communi usu loquendi perinde est dicere, Promitto tibi, Petrum tibi daturum centum, ac dicere, Promitto tibi me curaturum vi Petrus tibi det centum, tunc ad quid obliget ista promissio, & num. 4. 5.
6. Quid de ista promissione, Promitto tibi me facturum, vt tibi Petrus cum effectu donet centum. Refertur prima opinio, ibid.
7. Refertur secunda circa sensum illius.
8. Refertur tertia. Et præfertur alijs, ibid.
9. Probatur tertia.
10. Proponitur & soluitur obiectio contra tertiam opinionem, quam sequimur, & num. 1. 1.
11. Quid de ista promissione, Promitto tibi, me cum effectu impetraturum à Rege unum officium tibi; alias mille aureos dabo tibi, ad quid obliget.
13. An cum quis alteri promisit se illi adificaturum domum cum moriatur, teneantur illius heredes eam alteri adficere. Quid quando quis promittit alteri suos heredes aliquid facturos, an heredes teneantur id facere. ibid.
14. Vtrum valeat promissio rei in spe, ut partus ancille, fractus agri talis, iactus huini piscationis.
15. Quo tempore tunc soluendus sit partus ancille, & animalium.

I. **P**ROMISSIO facti alieni de iure ciuili est inualida, & non obligat, vt si promittas alicui, v. c. Titio, Petrum illi daturum unum equum; ista promissio est inualida de iure ciuili, quia est de facto, & re aliena, & sicut nemo potest dare id, quod suum non est, ita non potest illud promittere. I. si stipulatio ista, ff. de verbor. obligationib. Si tamen promittas te curaturum, aut effectum, vt Petrus Titio det unum equum, valet promissio iuris ciuilis, dispositione inspecta: quia iam promittis factum proprium, & rem propriam; promittis enim laborem, induitiam, & curam tuam in procurando, vt Petrus equum Titio donet, ita habetur I. si quis alienum, ff. eodem, & §. vice versa, Institut. de stipulat.

Fagundez de Iustitia, &c.

Multis tamen modis potest concipi stipulatio, seu promissio de re aliena. Primo, si quis alteri dicat: Promitto tibi, Petrum tibi daturum centum. Secundo, Promitto tibi me facturum, vt Petrus donet tibi centum. Tertio, Promitto tibi me facturum, & curaturum, vt Petrus cum effectu tibi centum doner. Quarto, Promitto tibi in dotem me impetraturum à Rege unum officium, alias me daturum tibi mille aureos, & circa omnes hos modos promittendi discurremus, & alios similes, vt veritatem in illis contentam aperiamus.

Et verò circa illum primum promittendi modum, inspectis illius verbis, iam diximus, attenta iuris ciuilis dispositione, promissionem sub illo contentam esse invalidam, quia simpliciter, & absolute vt verba sonant, est promissio de re, & facto alieno, & nemo potest dare, aut promittere, id quod suum non est, iuxta legem citaram, si stipulatio ista, ff. de verbor. obligat. In communi tamen modo dicendi inter homines visitato, perinde est dicere, Promitto tibi, Petrum tibi daturum centum, ac dicere, Promitto tibi, me curaturum, & facturum, vt Petrus tibi det centum; & de his duobus modis promittendi, cum in unum ex communi hominum usu, & consuetudine recidant, subtilitate iuris ciuilis reiecta, dicendum est promissionem de re, & facto alieno praedictis duobus modis factam, & acceptatam in conscientia ita valere, & adstringere, vt promissor teneatur curare, & agere quantum arbitrio prudentis in se est, vt alterem à le promissam donet, vel faciat. Et ratio est, quia tunc promissor non promittit rem propriæ alienam, aut factum alienum, sed promittit rem, & factum proprium, & suum, cum perinde sit dicere, Promitto tibi, Petrum tibi daturum centum, ac dicere, Promitto tibi me curaturum, & daturum operam, vt Petrus tibi det centum: ita communiter Doctores, Courruu. in cap. quanuis paclum. part. 2. §. 1. num. 1. Felinus in cap. rescriptum, de iure iurando, Abbas in cap. ex litteris, de sponsalibus. Molin. diss. 168. §. quoad 2. tom. 2. Gama decis. 32. num. 2. Ergo teneatur promittens in conscientia tantam operam ponere, quantum arbitrio prudentis moraliter sit necessaria, vt Petrus hoc præstet. hæc enim obligatio, qua quis promittit se factorum aliquid, de se efficax est, iuxta textum in §. si quis alium, Inst. de inutil. stipulat. habeturque in l. inter stipulanter, in principio, & in l. stipulatio ista, in initio, ff. de verbor. obligat. Quamobrem teneatur promittens bona fide, quantum in eo est curare, vt Petrus rem donet, vt præter citatos docte animaduerit Capicetus decis. 93. num. 7. & 8. neque ob id quod à voluntate aliena res promissa pendaat, & sic quasi impossibilis videatur, liber manet promittens à promissione faciendi quantum in se est, vt Petrus donet: unde quamvis iuramento talis promissio confirmata fuerit, non aliud promittit iurans, quam se curaturum, vt Petrus faciat, quamvis tunc ex duplice vinculo teneatur id curare, nempe ex vinculo Religionis erga Deum, & ex vinculo promissione erga hominem.

Vnde quanvis illa promissio: Promitto tibi, Petrum tibi daturum centum, inspecto rigore iuris ciuilis, tanquam de re & facto alieno sit inualida, & reprobata, non est tamen negandum de iure canonico esse validam, & firmam, & ex ea ori obligationem, vt promissor teneatur dare operam, vt alter id faciat, cum per eam suam diligentiam implicitè promittat, immò hodie in regno Castellæ post leg. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. que est lex 2. tit. 16. lib. 5. nona collectionis, perinde quis tenetur si promittat

2.

3.

4.

X

## 242 De translat dominij per promissionem.

mittat factum alterius, ac si promitterat se curaturum, & effectum, ut ille id efficiat; sequitur enim hodie in Castella ius Canonicum. Dico hodie, quia olim sequebatur rigor iuris canilis communis, ut patet ex l. 1. tit. 1. part. 5. sed iam reuocatus est per legem tertiam allegatam.

5. Quare in foro conscientie, si promissor fuerit negligens in curando, ut alter id faciat, tenetur ad omnia damna, & interesse, si quod resultauit promissario sibi tali promissione: si vero diligentier iuxta id quod potuit, curauit, liberatur; ita Abbas in cap. *Gemma mulier, de sponsalib.* Excusat ut vero, si quod in se erat fecit, ab omni pena, si quam apposuit, si non faceret. ita *Couartunias in cap. predicto, quamvis pallum, 2. part. §. 1. num. 4.* & alij.

6. Si tamen in promissione facti alieni quis viatur tertio modo promittendi, & dicat: Promitto tibi me facturum, & curaturum, ut Petrus tibi cum effectu donet centum; in hoc casu vel potest adiici pena, vel non potest, & idem est, sed aliis verbis, si quis dicat, si non donet, in panam tibi dabo centum. Sed si adiiciatur pena, varie auctores loquuntur, & varias opiniones introducunt. Alexander in *I. stipulatio ista, in princip. ff. de verborum obligat. in 1. conclusione*, existimat non liberari promittentem à pena, quam posuit, si cum effectu Petrus non donauit, quamvis omnem, quam potuit, curam, & diligentiam, ut ille id faceret, prestiterit. Fundamentum illius est, quia ista promissio in re non est facti alieni, sed proprii, quod multo verius habebit, si promittens addat verba, quod ab ea promissione non possit excusari, dicendo, se fecisse, quantum potuit, aut promisisse factum alienum, quo casu censeretur renuntiare omni excusationi.

7. Aretinus in *I. si ita stipulatus, §. possum. ff. de verborum obligationib.* & clariss in *consil. 4. 2. col. 2. vers. nec credo, sibi persuadet, licet promittens cum effectu factum alienum, addat se curaturum, & facturum, ut ita cum effectu fiat, & non excusaturum, eo quod fecerit, quantum potuerit, verba ista nihil aliud importare, quam bona fide, & sine fraude id curabit, adhibendo omnem diligentiam arbitrio prudentis necessariam: adhibita autem ea diligentia excusari, quia non potest quis se obligare ad impossibile: impossibile autem censeretur, id quod pendet ex voluntate alterius. hanc opinionem Aretini tenet Abbas in cap. *Gemma mulier, de sponsalib.* vbi docet, quando quis promisit cum effectu, ut alter consentiat matrimonio; solum teneri ad ponendam omnem moralem diligentiam, ut id effectum habeat, & excusari à pena, si si quam posuit, si effectus non fuerit secutus, quia illa verba, cum effectu, solum operantur quod bona fide, & sine dolo id curabit. Vnde si dolo usus fuit, non est dubium teneri ad predictam penam, & ad interesse, vbi pena non est apposita. Si tamen interesse sit maius pena, teneri ad interesse; & contra vero ad penam, non ad interesse, si pena est maior interesse. Ita etiam Matanta *diff. 7. n. 29.* vbi citat multos, & multa iura.*

8. Couartunias in cap. *quamvis pallum, 2. part. §. 5. num. 3.* Molina *tomo 2. de iustit. disput. 268. §. quid si is, & §. de iure communi, & idem Matanta dicta disput. 7. num. 29.* & alij assertant, eum, qui promisit factum alienum cum effectu, aut adieciisse penam, si effectus non sequatur, aut non adieciisse. Si non adiecit, aiunt per illa verba, *Promitto tibi, Petrum cum effectu tibi daturum centum*, aliquid amplius promittere ex sua parte, quam bonam diligentiam, quam pro vtroque foro conscientie,

& Ecclesiastico tenetur ponere, cum bona fide, & sine fraude. Illud autem *amplius*, nihil aliud esse, quam interesse tei, quantum, scilicet, interest promissatio rem promissam assequi, & ideo ea diligentia posita non excusari illum à tali promissione, si effectus non sequatur, quia licet non possit se obligare ad id quod pendet ex aliocum voluntate, cum id sit moraliter impossibile; tamē potest se obligare ad refactionem interesses, & danni, quod inde promissario resultat, & de facto ad id se obligavit, per illa verba *cum effectu*; & sic dissident huiusmodi Doctores, quoad istam partem à sententia Aretini num. 7 explicata. Si vero penam aliquam adiecit, nisi effectus sequeretur, siue magnam, siue parvam; alterunt tensio ad solam, & praecisam penam, non ad interesse, nisi sub disunctione ad illud, vel ad penam se obligauerit, quia tunc electio praediti interesse, vel penae spectat ad promissarium, & ille eliger quod maluerit; ut habetur etiam in *I. stipulatio ista, iuncto vers. ultimo, ff. de verborum obligat. & §. vice versa, Inquit de iustitiis. Et patet & ita affirmat etiam glossa in §. si quis altum, In suis. 20. dem sit.*

Ratio est primò, quia illa verba, *cum effectu dabit*, ultra lolum, & bonam diligentiam important aliquam aliam obligationem; ergo illa saltem erit quantum intererat promissatio rem promissam consequi; nam de exclusione doli, & præstatione bona diligentia, tenetur quilibet promissor in omni simplici promissione, etiamsi in ea non addantur illa verba, *cum effectu*. Secundo, quia, ut bene Couartunias animaduertit, id quod per illa verba promittitur, non est res aliena, sed propria in def. Et im quod alter nolit efficere, neque propriè id quod tunc promittitur, habet rationem penae, si de illa nulla mentio fiat, sed habet rationem compensationis eius rei, quam ille alius noluerit facere; quare quamvis nullus dolus, & nulla culpa intercesserit ex parte promittentis, tenetur ille illud interesse reficere, si effectus non sequatur. Citaui Marantam pro ista opinione, quod ille patum à nobis distet, in eo, scilicet, quod dicat teneri promissorem ad id quod maius fuerit, ad penam videlicet, si maior fuerit interesse, vel ad interesse, si maius fuerit quam pena. Nos autem dicimus teneri ad solam penam, si illam adiecit, siue maior, siue minor fuerit pro interesse: si autem illam non adiecit, teneri solum ad ipsum interesse.

Oppones pro opinione Marantæ. Si quis amico dicteret: Promitto tibi unum, vel duo plaustra lignorum ex mea sylua, postquam ille extrahit unum plaustrum, non posse dominum sylutum cum prohibere, ne extrahat alterum, quia illa promissio disiecta tota fuit acta in gratiam, & fauorem promissarij, ac proinde optio est penes illum, & non penes promittentem, ut docet Molina *tomo 2. de iustit. diff. 170. §. illud obserua.* Ergo similiter, si quis dicteret, Promitto tibi me consecuturum tibi à Rege unum officium, & si non consequar, promitto tibi mille aureos, cum promissio fiat tota in gratiam & fauorem promissarij, penes illum erit eligere interesse, vel pena prout maluerit. Interesse quidem, si maius fuerit pena; penam autem, si maior fuerit ipso interesse.

Respondeo esse diuersam rationem, primò, quia in prima de plaustris lignorum promissione, nullum onus, & nullam penam sibi apposuit promittens: in secunda vero apposuit, ac proinde prima non fuit onerosa, sed merè gratuita; secunda vero quāvis procedat modo aliquo ex liberalitate, tamen propter penam apposi

9.

10.

11.

appositorum est valde onerosa, & ideo prima cum tota sit merita gratuita, & liberalis, latissime est interpretantia, quia gratiae & favores sunt ampliandi. Secunda: verò cum sit penal, restringenda est ad penam taurum. Secundò, quia in prima obiectum promissionis, seu id quod promittitur est totum hoc, etiam, vel duo plana, & promissio ad hoc totum terminatur, & in toto debet impleri: ut autem impleatur in toto, non satisfaciet dando unum: at verò in secunda promissione promissor directè promisit officium, & restinxit suam voluntatem ad penam mille aureorum, si illud à Rege non obtineret, ac proinde ad solam penam teneret.

12. Circa quartum modū promittendi, id est, Promitto tibi pro dote me impetratum tibi à Rege unum officium cum effectu, alias dabo tibi mille aureos. dicendum est teneri te ad predictos mille aureos pro compensatione interesse, in eo etiam casu, quo totam curam, & diligentiam posuisti, ut illud impetrares, & impetrare non potuisti. Primo, quia dos, & promissio illius, non tam fuit liberalis, quam ex utraque parte onerosa: secundo, quia, ubi primum adieceristi promissioni tuae hæc verba, Alias dabo tibi mille aureos, perspicuum manet, te si non in penam, in recompensationem interesse officij promissi id fecisse, patet ex hac tenus dictis, & docet ita expressè Molin. disp. 268. tom. 2. de iustit. §. quid satis, in fine, & Gama decis. 32. num. 1. & 3. Confirmatur adhuc, quia subrogatum induit naturam eius cuius loco subrogatur. l. si filia, §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. si donare, §. si sponsare, ff. de donat inter vi- rum, & uxorem. Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone. limitatione 14. in princip. ff. de verbis. signif. Cabed. 2. part. decis. 22. num. 2. patetque ex regula textus in l. si enim, §. qui iniuriarum, ff. si quis cau. vbi la- son num. 22. & §. fuerat, I. iustit. de actionib. Si autem huiusmodi promissor promisisset dotem, teneretur ad illam, aut illius valorem. Ergo promittens officium se impetratum cum effectu à Rege loco datis, tenet ad illud, aut illius valorem, cum officium subrogatum fuerit loco dotis.

13. Ex dictis sequitur primò, si quis promisit se domum alteri edificaturum cum moriatur, validam esse promissionem, tenerique illius heredes eam illi edificare, quia promissio fuit realis, & non personalis. ita habetur §. ita autem, Iustit. de inutil. stipulat. & docet Molin. allegatus §. secundò. Sequitur secundo, quando quis promisit suos heredes aliquid effecturos, teneri illos id efficere, ut habetur l. 11. tit. 11. part. 5. & l. ultim. C. de contrah. stipulat. Sequitur tertio, si quis in iudicio promittat alium sibi, vel alium ratum aliquid habiturum, valere promissionem, quanvis non addantur illa verba cum effectu, tenerique promittentem ad interesse, si primus se in iudicio non sibi, & secundus id ratum non habet in iudicio, ita deciditur in l. quod sibi, ff. de verbis. obligat. & l. 2. ff. rem ratam habere, docet Maranta disp. 7. num. 4. Molin. tom. 2. de iustit. disp. 268. §. tertius est. Confarr. in cap. quan- vis pactum 2. part. §. 5. num. 7. & ratio est, quia in huiusmodi promissionibus iuris interpretatione, qui alienum factum promittit, censetur promittere interesse in recompensationem, nisi aliis efficiat.

14. Inquires tamen in fine huius capituli pro secunda parte tituli illius, an valeat promissio, seu stipulatio rei quæ solam est in spe, nempe promissio fructuum, qui ex aliquo praedio nascuntur; partus ancillæ, vel animalium, iactus retis pescatoris, & similis. Respondeo affirmatiuè, habere tamen eam promissionem tacitam conditionem, si nascantur.

Fagundez de Iustitia, &c.

Aliter non debentur, nisi culpa illius, qui promisit, non enascantur, intellige de lata, seu mortali culpa, non de leui, nec leuissima, si promissio sit gratuita, ita habetur in l. 1. tit. 11. p. 5. & l. inter stipulat. §. sacram. vers. si stipulatus, ff. de verbis. obligat. docet Molina tomo 2. de iustit. disput. 269. & tom. 1. disp. 200.

15. Frustrus autem promissi soluendi sunt, quando ad statum peruenient in quo tradi possint, nempe partus animalium soluendi sunt in eo statu in quo a matribus separati, per se vivere possint ex herba: partus ancillæ, quia lactari per aliam foeminae possunt, lactandi quidem sunt à propria matre, interim dum promissarius aliam foeminae querit, quæ illum lactare possit expensis ipsius promissarij, quas soluerit ipse promissarius domino ancillæ promissori, si promissarius aliam non possit commodè inuenire, necessaque sit, ut à propria lactentur matre. Ita Molin. Theol. tom. 2. de iustit. disp. 269. §. porro fructus, & de fructibus animalium docent Sylvestris verb. decime, num. 14. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 39. dub. 3. Soarez tom. 1. de Relig. cap. 37. num. 6. & nos late diximus de pullis equarum, & asinarum, iuxta constitutiones Brachatenses soluendas esse decimas post duos annos. lib. 1. de decimis cap. 5. num. 14. in quinto precepto Ecclesia, & idem dici potest de solutione promissionis. Sed hoc iudicio prudentis committitur. In promissione de iactu retis si quis dicat alteri: Promitto tibi quidquid iactu retis excepero, intelligitur de primo iactu, non de aliis, ita Felinus in cap. omnes leges, de treuga, & pace. Azor. 1. part. lib. 5. cap. 23. quod sibi in fine.

## CAPUT IX.

Cui res promissa pereat, si pereat, & quid si res pereat, & aliquid ex illa remaneat.

- 1 Res promissa certa, & determinata acceptata ad diem certum tradenda, si ante istum diem periret absque culpa promissoris, perit promissario. & num. 2.
- 3 Quid si culpa promissoris pereat lata. Quid si ex ea aliquid remansit. ibid.
- 4 Quid si res, que perit ante traditionem, & post acceptationem, sit hoc numero animal.
- 5 Quid si promissor, vel donator fuit in mora tradendi eam post acceptationem. Quid quando promisit Petrum, vel Paulum suum mancipium Antonio, an tunc pereunte uno absque sua culpa, teneatur soluere aliud. cap. seq. num. 3.
- 6 Quid si res promissa erat mancipium certum, & determinatum, & dominii antequam esset in mora tradendi illud, illud interficiat, an tunc pereat promissario, an promissori occidenti.
- 7 Quid si res promissa erat incerta, & indeterminata in individuo, veluti unus aries ex gregi. &c.
- 8 Quid si sub certa pena promissor se obligauit ad dandam rem certam & determinatam in individuo, & non posuit tradere, & cura suam culpam periret, an tunc ad valorem illius, an ad penam teneatur.
- 9 An cum aliquod animal incertum, & indeterminatum alicuius promittitur, valeat promissio.

X 2 Quid

## 244 De translat.dominij per promissionem.

- 10 Quid si certas mensuras frumenti promittas , de quo tunc frumento, & de quibus mensuris intellegenda sit promissio, de maioribus ne, an de minoribus, & numeris. &c. 12.
- 13 Referuntur prima sententia afferens soluendam esse promissionem de maioribus mensuris.
- 14 Praesertim sententia afferens tam votum , quam promissionem gratuitam , & liberalem homini factam soluendam esse in minima mensura.
- 15 Soluitur fundamentum prime opinionis.
- Datur vera intellectus ad legem Titia testamento 40. §. Sciz, ff. de auro , & argento legato. ibid.
- 16 Datur etiam verius intellectus ad cap. ex parte, de censibus.
- Ecclesiastici non debent esse excitores, sed pastores. ibid.

**R**es promissa iam stipulata , & acceptata, vel potest perficere casu, vel dolo , & malitia promissoris , culpaque lata illius, vel leui, vel leuissima , & per huc omnia sigillatim sumpta discurremus. Sic

Statuo primò , quando res promissa certa est, & determinata in individuo, si sit in diem certum soluenda. v.c. Si promisisti , vel donasti hunc numero equum Petro, vel hoc numero predium soluendum, datumque tali die, si ante aduentum diei sine tua culpa lata, seu sine dolo, & malitia tua pereat, (culpa enim lata cum dolo coincidit) & promissio erat gratuita, & acceptata, perficit promissario, seu donatario, non tibi. ita habetur l.pen. ff. de solut. & l.18. tit. 11. & l.9. tit. 14. partia 5. docet Molin. tomo 2. de iustit. disp. 269. §. quoad secundum. Et ratio est manifesta, quia eo ipso quod illam designasti, & promissio fuit rei certæ , & determinata , ad illam limitata tuam intentionem, non ad aliam , ac proinde non intendisti aliam donare, quia actus agentis non operantur ultra illorum intentionem.

Dixi, sine culpa lata, quia si tua culpa lata pereat, teneris ad aliam similem, vel ad valorem illius, non teneris verò si pereat tua culpa leui , vel leuissima: sed quid si res pereat , & aliquid ex ea remansit, quod eandem rationem retineat, & speciem, quam habebat in toto. v.c. si res promissa erat nauis , vel domus, & remanserunt tabulae, ligna, vel lapides? Respondeo tunc deberi promissario, vel donatario, siue ante traditionem illius , siue post traditionem illius pereat, modò pereat post acceptationem illius sej. Ratio est, quia a puncto, quo tu promisisti, vel donasti , & promissarius , vel donatarius perficere, vel per personam de iure habilem rem acceptavit, donatione facta est irrevocabilis, & ius illius ad illos spectabat, ac proinde sicut periculum totius rei ad illos spectabat, ita & quidquid ex ea remansit, ad illos similiter spectat; fuit enim promissa, vel donata, & quoad totum, & quoad omnes partes illius , & eadem est ratio de toto, atque de partibus. Ita Molina tomo 1. de iustit. disp. 194. §. cim. hactenus , & tomo 1. disp. 269. §. quoad secundum. pater ex l. solut. §. meum est. ff. de rei vindic. ibi. meum est. quod ex re mea superest, cum vendicandi ius habeo.

Sed quid si res promissa sit hic numero equus, vel bos , & pereat ante traditionem ? Respondeat Molina tomo 2. de iustit. disp. 269. §. quoad secundum ius ad illa animalia similiter perficere promissario , & donatario, & non teneri promissorem alium donare ; quia coipso quod ille individuauit, ut ita dicam, certum animal, exclusit aliud simile , aut valorem illius. Existimat verò Molina, carnos, partes, & corium illius tunc pertinere ad ipsum promissorem,

& donatorem , non ad promissarium , aut donatum, qui per se , vel per personas de iure aptas acceptaverant. Fundamentum Molina est merè philosophicum, quia scilicet, istae partes, quae remanserunt , non sunt re vera partes illius equi, aut bovis, qui fuit promissus, & acceptatus , nec sunt eiusdem rationis, & speciei cum illis, sed sunt partes alterius individui diversæ speciei ab illo , qui fuit promissus, donatus , & acceptatus ; tunc enim quando viuus fuit promissus atque acceptatus, erat animal, modò est cadaver animalis, & cadaver mortuum, & animal, siue quilibet individuus viuus, distinguuntur specie à le ipso mortuo. Nova enim forma substantialis cadaveris, qua de novo aduenit, post mortem illius, distincta est specie à forma viuentis , & facit ut sit diuersum specie compositum, & diuersæ specie partes , quamvis oculis, & tactu & sensibus externis aliud videatur : & ita habetur expressè in l.mortuo bont. in principio ff. de legatis 2. docet gloss. ibi. Bart. & Doctores , quos Anton. Gomez tom. 1. variarum, cap. 12. num. 16. & 41 citat, ac sequitur, & Molin. d. tom. 2. de iustit. disp. 269. §. quoad secundum. quamvis ille loquatur de animalibus legatis, & non datis , vel promissis ; sed eadem est ratio. Si tamen ipsa animalia perirent post traditionem factam ipsi promissario , vel donatario , ad illos pertinebunt omnes partes remanentes , veluti corium , & carnes , siue sint eiusdem rationis & speciei cum illis, quae erant in toto, siue non sint, quia à puncto traditionis animal capit esse sub dominio donatarij, seu promissarij ; res autem domino perit , & consequenter domino remaner quidquid ex ea remanet, quamvis alterius speciei sit, ac fuerit quando res viua erat.

Statuo secundò, si res promissa certa, & determinata ad certum diem soluendam ante solutionem traditionem vece perficit, tunc quidem si promissor fuit in mora, & culpa tradendi illam , quia non fuit legitimè impeditus , ipsi promissori perit , non promissario, teneaturque proinde promissor ad estimationem valoris promissario faciendam. Perit autem promissario , si ille in mora fuit accipiendi illam ; & siue culpa promissoris perficit, ita Molina. tomo 2. de iustit. disp. 269. §. quoad secundum, & constat ex l. quod se mihi ff. si certum perit, & ex l. ult. §. penult. ff. ad legem Rhodiam de iustitia docet Couartruinas in cap. quantus pacium . 2. part. §. 5. & num. 4. Ratio est, quia iusta causa excusat à culpa lata, quando autem promissio est gratuita, solum res promissori perficit, quando culpa ipsius lata perficit, & non aliter ; quare si ille legitime fuit impeditus , quoniam illam ad certum illum diem tradideret , non fuit in culpa, nec lata , nec leui, tradidit, ac proinde si perficit, non illi perit, sed promissario. Subtiliter quando promissa fuit pars aliqua indeterminata de toto aliquo certo, & determinato, si illud totum , & ex quo illa pars erat soluenda, perficit, promissario perficit, & ad nihil teneatur promissor. v.c. si ex critico, quod aliqui in naui aliqui adueniuntur , ille tibi promitteret unum modium , criticumque nauis totum perficit, ad nihil ille tibi teneatur, ita colligitur ex l. in naui . ff. locati, & est prorsus eadem ratio, ac quando res determinata in individuo promissa fuit.

Statuo tertio, quando res promissa erat mancipium, ectura, & in individuo determinatum, & antequam promissor esset in morte soluendus, ab illo interficeretur, tunc si ob etiuncto aduersus dominum commissum dignum morte ipse illud interficiat, ab nihil omnino teneatur, si illud occidat, quia reperitur ad alterum, cum uxore , aut concubente in cum filii, ita habetur l. 19. tit. 11. p. 6. & docet Molina.

tom. 2. de iustit. disp. 269. § quando res. Et plane si auctoritate publica id facit, res est indubitata; si vero faciat auctoritate propria, est hoc valde probabile, quia tunc si esset mancipium alienum, non teneretur ad valorē illius, maneretque in recompensationem gravissimae iniuriae, quam à tali seruo & mancipio alieno accepit; ergo neque etiam tenebitur soluere valorē illius, si esset suum, & iam promissum, & acceptatum. Ratio est, quia quando gratuitē illud promisit, moraliter censetur hīc casus exceptus; & hoc quidem est, quod lex Castelle citata videtur statuere.

7. Statuo quartō, si res promissa indeterminata erat in individuo; vt si ex magno & numero gregi arictum, equorum, aut armentorum unum promittas indeterminata, non designando quale, si multæ res indeterminatae ex eo gregi pereant casu fortuito, non liberatis à promissione, nisi ad tantam paupertatem deuenias, vt prudenter censendus sit exceptus talis euentus, & te noluisse in eo obligare; patet ex l. incendium. C. si certum petatur, docet Molin. tom. 2. de iust. dicta disp. 269. §. denique quando.

8. Statuo quintō, si sub certa poena te obligasti ad soluendum aliquid ad certum tempus, siue id esset res aliqua in individuo certa & determinata, siue res aliqua indeterminata in genere, tunc si absque tua culpa soluere non potuisti, vel quia tibi superuenit impedimentum, vel propter aliquam aliam iustum causam, & rationem, vtique non teneris ad poenam. Ratio est, quia à poena etiam conventionali excusat debitor, quando per ipsum non stetit, ita docet Couarruias in cap. quannus pallum 2. part. §. 5. à num. 4. quidquid alij dicant, & in contrarium docere videatur Sancius lib. 4. summe cap. 22. num. 23. excipe, nisi in conuentione esset expressum, vt in quocumque euentu quis teneatur ad poenam, ita vt iam non habeat poenæ rationem, sed solum nomen. Videndum tamen est, an si maneat obligatio soluendi debitum principale, talis poena induat rationem usus, sitque proinde illicita, eo quod neque in veram poenam possit accipi, neque in compensationem damni emergentis, vel lucri cessantis, neque alio iusto titulo. Si enim aliquis detur iustus titulus, ratione cuius esset imposta, tunc recte poterit exigi, & accipi. Iustus autem titulus poterit esse ad accipiemad poenam pro rata iusti lucri, quantum scilicet pecunia illa principalis iuste acquiri poterat.

9. Sed adhuc questio est non inutilis, an cum aliquid omnino indeterminatum homini promittitur, valeat promissio, v. c. cum aliquis alteri promittit animal, non explicando quod animal, aut frumentum, nulla explicata quantitate, aut qualitate illius, ita vt neque ex verbis promittentis, neque ex circumstantiis promissionis intelligi possit, quid, vel quantum promissum sit. Et hac de re duplex est opinio. Quidam enim putant talem promissionem non valere, & inutilem esse. fundantur in l. triticum, & in l. ita stipulatus, in principio, ff. de verb. obligat. vbi dicitur huiusmodi promissiones irritas esse, ob rationem incertitudinis, eo quod illi satisfacere possit promissor dando muscam, aut colicem, aut animal inutile, vel inutile triticum, aut granum tantum illius, & ita docet Gofredus, quem referunt, ac sequuntur Ioannes Andreas in cap. ex parte num. 4. & 5. de censib. & ibi Cardinalis numer. 3. oppositione 7. & idem erit dicendum de promissione facta Deo,

Fagundez de Iustitia, &c.

nempe de voto, vt ait Sanc. in summa lib. 4. cap. 13. num. 3.

Secunda tamen opinio docet, valere eiusmodi promissionem siue homini, siue Deo fiat, quantitatemque, & qualitatem determinandam esse arbitrio prudentis, persensis, & consideratis omnibus circumstantiis personatum, materie subiectæ, & cause impellentis ad promittendum, vel vouchandum. hanc sequitur Sancius citatus num. 4. Azot lib. 1. inst. moral. tom. 2. cap. 20. quaf. 2. Molin. tom. 2. de iustit. disp. 268. column. 2. §. ex quo infert. Archidiac. cap. sunt nonnulli, num. 1. quaf. 1. Anton. in cap. ex parte, num. 7. de censib., vbi Abbas num. 5. & cap. 1. num. 5. de decimis, Ananias cap. cum iuran. num. 4. de homicidio. Alexand. in l. ita stipulatus 115. num. 9. ff. de verb. oblig. Titaquel. de priuileg. pie causa, priuileg. 55. num. viii. Fundamentum illorum est, quia etiā ius ciuile propter eam incertitudinem vitiet eam promissionem, vt probatum manet, tamen æquitas iuris canonici illam non vitiat, sed reducit ad prudentis arbitrium, ne commercium inter homines destruatur, aut ridiculum maneat; cum enim iam constet de animo promittentis, vel vouchantis, & de intentione se obligandi, vt tradunt auctores allegati, sequitur, vt determinatio per arbitrium prudentis fiat.

Ex his opinionibus istam iudico probabilem, nam sicut ob dotis fauorem obligatio inducitur, etiamsi dos generaliter promittatur, & quantitas debet attenta qualitate personatum promittentium, & acceptantium, & viribus ac facultatibus illatum, arbitrio prudentis hominis estimari, vt decernatur in l. cum post. §. generaliter. ff. de iure dotum; ita æquitas canonica in omnibus id statuere debet.

Si tamen aliquis promitteret alteri gratiōe, & liberaliter mensuram tritici, aut vini, non explicando quam mensuram, aut qualis vini, vel tritici, questio esse potest, an per quamlibet minorē mēnsuram, minorisque bonitatis ei promissioni (idem de voto) satisfiat. Et quidem ratio dubitandi statim pro utraque parte se offert, nam in l. Tita testamento 40. §. Seia ff. de auro, & argento legato, videtur probari in legato sic incerto latissimam esse interpretationem faciendam, quando est in causam piam, censerique reliquam rem ceteris maiorem præstantiorem; legatum autem in vita nihil aliud est, quam quadam promissio, quæ morte confirmatur, & sic intelligit hunc textum Couarruias in cap. indicante. num. 4. de testament. Menochius de præsumption. lib. 4. præsumpt. 106. num. 53. ex altera parte oppositum probare videtur cap. ex parte, de censib., vbi decernitur votum, seu promissio soluendi Dino Iacobo, & illius ministris unam mensuram tritici singulis appnis, intelligendam esse de minori mensura, quando generalis consuetudo aliud non explicat, nec vouches, aut promittentes per maiorem aliquando soluerunt, & ratio ibi redditur, ne pastores, exaltiores esse videantur.

Planè Abbas dicto cap. ex parte, num. 4. existimat eam promissionem, & votum soluendum esse de re meliori, & maiori mensura, quia ratio in eo textu assignata solum loquitur de voto, & promissione dandi aliquid solis personis Ecclesiasticis, quas decet viscera pietatis, ne exactores lucri temporalis esse videantur; non vero de voto Deo, aut Sanctis facto, nec de promissione simplici, & gratuita homini facta.

## 246 De translat.dominij per promissionem.

§ 4. Dicendum tamen est, tam vota Deo, quam promissiones factas homini obligare ad solam mensuram minorem in eo loco visitatam in quo facta sunt, non tamen ad minimam alterius loci, nec ad minimam, quam ipsi promittentes, vel vouentes fingere vellent. ita Sancius lib. 4. summa, tomo 1. cap. 13. num. 8. glossa in cap. predicto, ex parte, de censib. & ibi Hostiensis num. 4. Ioan. And. num. 3. Ancharen. num. 5. Cardinalis num. 2. notab. 5. Dinus ad reg. in obscuris, num. 4. Decius ibi num. 5. & 6. Tabiena verb. votum 3. quest. 5. num. 6. Nauarrus in commentar. 1. de regular. num. 0. Couarr. in d. cap. indicante, num. 4. Azor 1. part. lib. 1. cap. 20. q. 2. in fine, & q. 10. Valentia 2. 2. disp. 6. quest. 6. punct. 4. quest. 3. Angel. verb. votum 3. num. 22. Sylvest. verb. votum 2. quest. 15. & alij, & ratio est: primo, quia textus manifeste loquitur de voto, seu promissione facta Deo, & D. Iacobo, non de voto & promissione facta clericis, & clericorum nomine solius Ecclesiae, & nomine Dei vota exigunt. Secundo, quia in obscuris semper est minus lequendum, iuxta reg. in obscuris, de regul. iur. in 6. & reg. semper in obscuris. ff. eodem sit. Tertiò, quia vota Deo, & promissiones gratuitæ, & liberales factæ, sunt strictæ interpretationis, & ideo strictè interpretandæ sunt, ut quantum fieri possit, minus obligent. nam ad illarum impletionem, & satisfactionem, id solum requiritur, in quo verè inuenitur substantia operis promissi inclusum; hoc autem inuenitur in minori mensura currenti, licet detur etiam alia maior, etiam currens.

Neque obstat lex, Titia testamento 40. §. Seia, ff. de auro & argento legato, quia, ut optimè explicat Decius ad reg. semper in obscuris, num. 6. & Tiraquel, de privilegii pia cause, privileg. 25. & Molina tom. 1. de iustit. disput. 198. col. 5. ea loquitur de imagine in templo locanda, in quo non nisi aureæ, & argenteæ imagines erant collocatae, & ideo interrogatus Jurisconsultus de qua materia esset collocanda, & facienda ea imago? optimè respondit de argento, quia ea materia minima erat, eo quod cum in eo templo non nisi aureæ, vel argenteæ collocarentur, constabat voluntatem testatoris non posse de ærea intelligi.

Nec etiam approbandus est sensus, quem tradit Couarruias in prefato cap. indicante, de testam. n. 5. quem approbat Menochius lib. 4. presumpt. 106. num. 33. & nos reprobamus, ubi assertum explicacionem Summi Pontificis predicti cap. ex parte, de censibus, procedere ex benigna Pontificis interpretatione, ut Clericorum, & Pastorum Ecclesiarum auaritiam amputaret: non enim processit, ut probatum manet, nisi ex verissimis iuris civilis principiis, ut vidimus in d. §. Seia, legis, Titia, telata.

### CAPUT X.

De promissione facta sub disiunctio-  
ne, ac copulatione; agitur de pro-  
missione rei incertæ; queritur, an  
promissioni iam acceptatae possit  
apponi aliquod onus, vel adiectum  
tolli.

1. Disiunctione vel potest cadere in personas, vel in res.

2. Quid de hac promissione: Promitto tibi me, vel

Antonium soluturos tibi id, quod tibi Petrus debet, an si Antonius consentiat, maneat obli-  
gati pro rata, an vierque in solidum in defec-  
tum alterius.

3. Quid de ista: Promitto tibi Petrum, vel Paulum mancipium meum.  
An tunc in potestate promissoris sit soluere quod maluerit, ita ut electio sit penes illum. ibid.  
Et an pereunte uno absque culpa promissoris, ce-  
reneretur soluere aliud. ibid.  
Affirmatio respondendum ibid.
4. An tunc possit soluere valorem illius seruit, qui superstes est, si illo egeat, aut multum ad illum afficiatur.
5. Quod si is seruum, qui periret, pereat culpa late domini, an tunc dominus satisfaciat dando pre-  
mium superstitis.
6. Si promissor plures seruos eiusdem nominis ha-  
beat, v. c. plures Antonios, & dicat promissario:  
Promitto tibi seruum meum Antonium, electio manet penes promissorem.
7. Si promissor intendit donare ex illius unum, qui periret, non tenetur in foro conscientia donare aliud.
8. An quando promissor promissionem intelligit de una re, & promissarius de alia, valeat pro-  
missio.
9. Si quis a te petat seruum tuum Pamphilum, &  
tu ei respondeas, Pamphilum, vel Antonium da-  
bo tibi, & ille accepit, valeat promissio.
10. Si quis a te petat equum, vnum, & bonum, & tu ei respondeas, Equam dabo tibi, valeat promissio,  
& teneris eum illi dare.
11. Ante acceptatam promissionem potest ei promissor onus in favorem tertij imponeare.
12. Post acceptatam, non potest ab eis consensu pro-  
missary.
13. Incontinenti potest post acceptationem, qua mora  
requiratur ad continens.
14. Si promisi tibi prædium cum onere donandi ex illo  
Francisco certam pensionem, & acceptasti, an possim reuocare illud onus antequam Franciscus  
accepit.
15. Quid si franciscus promisit Petro certas mensu-  
ras tristis, v. c. dandas singulis annis ad diem  
D. Iohannis, & transiit iste dies, & Petrus nec  
per se, nec per alium de iure habilem eam pro-  
missionem acceptauit, inquires, an possit Fran-  
ciscus reuocare illud onus appositorum in favorem  
Petri, & num. seqq. usque ad 19.

**P**ROMISSIO sub disiunctione, duobus præcipue modis fieri potest inter homines communioribus. **Primum**, ut si disiunctione cadat super personas promittentes, ut cum dicitur: Promitto tibi, me, aut Antonium soluturos tibi id, quod tibi debeo, aut id, quod tibi debet Petrus. **Secundus**, si cadat super res promissas, ut si promissor dicat promissatio: Promitto tibi me ti-  
bi daturum Petrum, vel Paulum seruum, seu mancipium meum: item promitto tibi, me tibi datum vnum equum, aut vnum prædium, & similia, & per hos modos discurremus.

Statuo igitur primò: si promissio fiat disiuncti-  
vè, & cadat disiunctione sub personas, ita unus ho-  
mo pro alio per promissionem suam se constituat debitorem alterius, dicendo: Promitto tibi, me, vel Antonium soluturos tibi id, quod tibi debet Petrus; tunc si Antonius consentiat, vterque te-  
netur soluere debitum pro rata, unusquisque pro  
sua dimidietate, quia ubi Antonius consentit, ad  
id

id saltem se obligauit. Si verò Antonius non consensit, tenetur is, qui sub ea forma promisit, integrum debitum in solidum soluere. ita docet Molin. tom. 2. de iustit. disputatione 270. §. quid si quis se constat ex Authentica si quando. C. de const. pecun. & rario est, primo, quia ex modo promittendi quantum verba indicant ad hoc se voluit utique obligare, nisi aliam habuerint intentionem, in foroque externo ad id cogentur; secundo, quia licet hic in hoc modo promittendi detur disiunctio personarum, datur tamen copulatio tacita in ordine ad solutionem debiti, quae copulatio utrumque obligat pro dimidiate sua, & pricipiū promittentem tanquam agentem, & auctorem principalem promissi in solidum, quando Antonius non consensit, aut si consensit, non potest soluere: si verò promissor copulatiū fecit promissionem, dicens: Promitto tibi me, & Antonium soluturos tibi debitum Petri, tunc sine Antonius consentiat, siue non consentiar, is, qui promissionem fecit, solum tenetur soluere dimidium, quia illa copulatio coniunxit illas duas personas quoad solutionem, & utramque pro dimidia tantum parte.

3. Statuo secundū, si promissio fiat disiunctiū, & cadat super res, ita ut sit duarum, vel plurium rerum, & promissor dicat sub disiunctione: Promitto tibi Petrum, vel Paulum seruum, vel mancipium meum, seu mancipia mea; tunc quidem, si promissarius acceptauit, & electio ipsi promissario non fuit expressè commissa, in potestate promittentis est soluere quod maluerit; colligitur ex l. si stipulatus sum, ff. de verb. obligat. & habetur l. 2. §. Scenola. ff. de eo, quod certo loco, & l. 2. tit. 11. partia 5. docet Molin. tom. 2. de iustit. disputatione 270. §. quando promissio. Si tamen post acceptationem ante impletam promissionem vnum illorum pereat, etiam absque culpa promissoris, tenetur promissor soluere alterum seruum remanentem: ita habetur l. Stichum §. 1. ff. de solut. & dict. l. 2. §. Scenola, ff. eodem, & docet Molin. allegatus. Ratio esse potest, quia cum tota hæc promissio sit gratiosa, & liberalis, & tota facta in gratiam, & fauorem promissarij, tota est fauorabilis, & latissimè in gratiam illius interpretanda; ne ergo sit frustatoria, necesse est, ut pereunte uno seruo, ei detur alter, alioquin fallax esset, frustatoria, & ridiculosa. Inferes, si tota grata est, & in favorem promissarij interpretanda, electio illorum si non periret unus, pertineret ad promissarium, non ad promissorem, ut diximus? Respondeo negando illationem: nam ut sit grata, sufficit quod non sit fallax, & quod pereunte uno, detur alter seruus promissario, & non est necesse, ut electio maneat penes ipsum promissarium si non periret, neque enim censendus est tam liberalis praefatus promissor, ut velit donare meliorem seruum, utrisque viuentibus, alioqui imprudens esset talis promissio, & magis prodiga, quam liberalis.

4. Vtrum autem possit promissor pereunte uno seruo (idem de qualibet alia re in eadem promissione) offerre, & dare promissario valorem illius, si illo egeat, qui superstes est, aut ad illum multam afficiatur, ut sic promissioni, & obligationi illius satisfaciat, est dubium? Mihi videtur vera pars affirmativa, modo res, aut alter seruus non pereat culpa lata ipsius promissoris. Ratio est primo, quia promissor non pereunte altero seruo, vel re, satisfaciebat promissario, dando illi viliorum (erat enim optio electionis penes illum.) Ergo pereunte re una, si egeat altera superstite, aut ad illum afficiatur, satisfaciens obligationi promissionis acce-

ptate dando valorem superstitis. Secundū, quia non est credendus, per promissionem gratuitam tantam sibi promissor voluisse imponere obligationem, vt non possit in eo casu reddere valorem. Ita docet Molin. dicto tom. 2. disputatione 270. §. quando promissio, & glossa in §. Scenola, legis 2. ff. de verbis. oblig. in verb. solum, probatque lex cum res. §. sed si Stichus, ff. de legatis 1. quam amplectitur Gregorius Lop. ad leg. 2. 3. tit. 1. part. 5.

Dixi, modò pereat sine culpa lata promissoris, quia si culpa lata ipsius pereat, potest promissarius non esse contentus pretio, vel valore illius, sed velle accipere item superstitem, vt habetur in l. Stichum. §. 1. ff. de solut. Si autem postquam promissor elegit eam rem, quae periret, vt illam solueret, & illa petiret absque culpa ipsius, non teneretur soluere eam, quae remanet, neque pretium, aut valorem illius, sed periret promissario. Ita Molina allegatus §. quando promittens, & consentit praedictus §. Scenola, citatus. Dices, vnum pro alia in uito creditore reddi non potest, vt est commune iuristatum effatum; ergo non satisfaciens promissor soluendo suo creditori, nempe promissario soluendo valorem æqualem? Respondeo id verum esse in promissionibus reciprocis, & utrinque onerosis, non in merè gratuitis, & liberalibus.

5. Statuo tertio, si res vna in singulare promissa fuit, & ambiguitur, quænam ex duabus, vel pluribus illa sit: vt si promissor duos, vel tres seruos habeat eiusdem nominis, v. c. duos, vel tres Antonios, & & dicat: Promitto seruum meum Antonium tibi, neque ex circumstantiis concurrentibus constare possit, quem intellexerit, tunc optio est penes promissores, vel illorum heredes. Ita docet Molina tom. 2. de iustit. disputatione 270. §. quando res. & patet ex l. qui ex pluribus. ff. de verbis. obligat. & l. 2. tit. 11. part. 5. In hoc tamen rueru non credo si res vna pereat, teneri promissorem soluere alteram, si duo Antonij tantum erant, sed standum esse iuramento promittentis, quem nam intellexerit, quod si ipse promittens se determinate non possit, vel iam defunctus sit, & omnino ignoratur, an seruus, vel res promissa fuerit illa, quae superstes, bene putat Molina diuidendam esse estimationem illius serui, qui superstes est inter heredes promissoris, & ipsum promissarium, vel heredes illius. Ratio illius est, quia obligatio promissionis non cecidit super utrumque rem, aut super utrumque seruum, vt in promissione duarum rerum aut duorum seruorum sub disiunctione facta, sed super vnum eorum tantum, & ignoratur quisam ille fuerit, & ideo pro ratione dubiū æqualis puto æqualiter diuidendum esse seruum remanentem in utroque foro.

6. In foro autem conscientia, quando promissor est certus, quam intenderet, si illam intendit, quae periret, ad nihil tenetur. Si verò intendit, quae fuit superstes, eam integrè tenetur soluere. Si dubius est, & quae periret, absque culpa illius periret, ad dimidium tantum tenetur, vt dixi; si culpa lata illius periret, tenetur ad totum, quia malitia debet patrocinari auctori. dixi, culpa lata, quia in promissionibus merè gratuitis, & liberalibus, non tenetur promissor de culpa leui, nec leuissima; in onerosis tamen tenetur de lata, vt diximus lib. 1. de contractibus in genere.

7. Statuo quartū, quando promissor de vna re promissionem intelligit, & promissarius de alia, non valet talis promissio, v. c. si promissarius petat à promissore equum, & ille ei respondeat, Dabo tibi bouem, nisi ille continuo bouem acceptet, inualida est talis promissio in foro exteriori: in foro vero

## 248 De translat. dominij per promissionem.

interno fortè valebit saltē in ratione liberalis promissionis tacitē acceptatā. vide ea, quae diximus cap. 4. num. 16. ita docet Molin. *tomo 2. de iustit. disp. 270. §. in foro autem.* Similiter si vñus petat Pamphilum mancipium, vel bouem rubrum, & alius respondeat: Dabo tibi Petrum, vel dabo tibi bouem candidum, inualida est promissio, nisi alter continuo acceptet. ita Molin. *citatus, §. obserua quando.* & habetur §. si de re alia, *Institut. de inutil. stipulat.* & l. continuit, §. 1 ff. de verborum obligat. & l. 16. & 27. tit. 11. partita s. Ratio est, quia ut stipulatio, seu promissio valeat, necesse est, ut tam promissor, quam promissarius in una re conueniant, alioquin non datur promissio vbi non datur consentio, & concursus duorum circa idem, ut sepe diximus.

9. Ob simile fundamentum: si quis ita stipuletur: Promittis mihi dare decem, & alius respondeat: Promitto, si naues hoc anno ex India venient, nisi ille statim, & incontinenti acceptet, talis promissio est inutilis & inualida. ita habetur l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verborum obligat. & l. 26. citata. Molin. *d. tomo 2. de iustit. disp. 270. §. in foro autem.* Idem iugis est, si quis petat unam rem determinatam, ut Pamphilum, & alius respondeat, Pamphilum, vel Antonium dabo tibi: inualida enim est ista stipulatio, nisi alter statim acceptet. ita Molin. *allegatus, §. illud obserua.* & Anton. Gomez *tomo 2. var. cap. 9. num. 4. conclus. s.*

10. E contrario vero, si stipulatio plurimum, fiat sub disunctione, veluti si petas equum, valet promissio quoad equum: esto non fiat statim noua acceptatio, sed taceat, quia equus concinebatur in petitione, & iam datur concursus duarum voluntatum circa idem, ita Molin. *d. tomo 2. de iustit. disp. 270. §. si tamen quis.* Similiter, si petas centum, & promissor respondeat: Dabo tibi 50. esto taceas, & non fiat noua acceptatio, valet promissio solum quoad illa quinquaginta, quia est promissio partis, quae in petitione, seu stipulatione concinebatur. Quod si stipulanti, & petenti centum respondeat: Dabo tibi centum, & quinquaginta, nisi ipsa quinquaginta, que adduntur, statim acceptentur, non valebit promissio, quoad illa, sed solum quoad centum petita, ita habetur l. 1. §. stipulanti, & §. sed mibi ff. de verb. obligat. & §. quoties, *Instit. de inutil. stipulat.* & l. 24. & 26. tit. 11. partita s. Nec obstat quod in §. praterea *Instit. de inutil. stipulat.* dicatur non valere stipulationem, si petas decem, & respondeatur: Dabo tibi quinque. Nam verba illius paragaphi intelligenda sunt non de quinque inclusis intra decem, sed de aliis quinque extra illos, ut bene animaduertit Molina citatus.

11. Circa aliam partem tituli, utrum promissioni iam acceptata, possit apponi aliquod onus, vel iam appositorum tolli? Breuiter, & resolutius respondeo. Ante acceptationem potest onus imponi, ut fidonet, vel promittant tibi domum, vel agrum gratis, & liberaliter, sine ullo onere, priusquam acceptes, possum tibi imponere quod mihi visum fuerit, iuxta illud notissimum iuris principium, *Quos honoro, onero, & grauo.* Ratio est evidens, quia possum totam promissionem, & donationem non facere; ergo multo magis onus imponere. De hac re nemo dubitat loquendo præcisè de promissionibus mere gratuitis, & liberalibus.

12. Post acceptationem non potest ullum onus, aut grauamen promissioni, vel donationi imponi absque consensu promissarii: & ratio est, quia post acceptationem iam conlectus est ius ad rem sine onere, ac proinde sine onere est ei debita: ita Co-

uariuias lib. 1. variar. cap. 14. num. 1. Lessius *tomo 1. de iustit. cap. 18. dub. 9. num. 63.* patet ex l. perfecta, C. de donationib. que sub modo ibi, *Perfecta donatio,* (eadem est ratio de promissione) conditiones postea non capit.

Incontinenti tamen post acceptationem potest promissioni iam acceptata onus imponi. Primo, quia illa dictio postea, ex propria vi, & natura sua interuallum ostendit, iuxta textum in l. in bone fidei, C. de pactis, & in l. qui procuratorem, ff. de procurat. & in §. quinimo ff. de pactis, l. iuris gentium, & in l. 1. §. idem Labec, ff. quod vi, aut clam, cum pluribus, quos congerit Andreas Tiraquellus in l. si enquam, C. de revocand. donat. verb. postea, & Couarr. lib. 1. variarum, cap. 14. num. 1. Præterea acceptatio est actus moralis, quod per aliquod tempus durat, & non fit in instanti, habet enim motulas temporis antecedentes, & consequentes arbitrio prudentis, & ideo Doctores communiter asserunt id fieri incontinenti, quod durat dum homines non divertunt ad aliud negotium, vel actum. vt, v.c. si te aliquis affecit iniuria, incontinenti dicetur fieri à te homicidium, aut mutilatio, quod patrasti postquam quæsiisti arma, amicosque, vt de illo immediate post acceptam iniuriam sumeres vindictam, quamuis duas, aut tres horas, & eo amplius in his quærendis completeris, quia dum ad aliud negotium non divertisti, incontinenti id fecisti, sed circa ea, quae fiant, vel non sunt incontinenti, arbitrium, vt dixi, prudentis iudicis requiritur, qui iuxta actuum, aut negotiorum naturam, & qualitatem id iudicabit.

Sed quid, si ego tibi promiserim certum prædium, cum onere donandi ex illo, vel alio certam annuam pensionem Franciscu, & tu acceptasti meam promissionem cum eo onere, potero ne revocare prædictum onus tibi appositorum in fauorem tertij, nempe Francisci, antequam ille illud accepteret? Respondeo affirmativè: nam licet Franciscus, vbi tu acceptasti meam promissionem, vel donationem cum eo onere, acquisierit ius pro se, & suis hereditibus, ad illud omni tibi impositum, quod respectu illius est gratia, & favor; tamen dum ille non acceptavit, potest à me revocari, quia ius illud, quod ille ex tua acceptatione acquisiuit in illam gratiam sibi factam, & onus tibi impositum est revocabile, dum ille non acceptauit, vel alius pro illo, qui de iure acceptate possit: ita docet Couariuias lib. 1. variarum resolut. cap. 14. num. 11. post multos, & multa iura, quae allegat, & est textus optimus pro hac re in l. cùm maritus, §. vlt. ff. de pæcis dotalib. docent etiam Iulius Clarus §. donatio, quæ §. 13. n. 5. Lessius *tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 9. num. 64.* Prior pars huius resolutionis, nempe quod ille tertius Franciscus, per tuam acceptationem statim acquirat ius, & actionem in talem promissionem, vt hoc ei præstes, vel illius hereditibus, atque adeò quod prædictum ius transeat ad illius heredes, & obligatio soluendi onus transeat ad tuos, colligitur aperte ex l. quoties, C. de donat sub modo, in qua statuitur, vt modus appositus donationi, seu promissioni in fauorem tertij validus censeatur omnino, etiam si id pactum, eave conditio à nomine absentis nomine, in cuius fauorem ponitur, acceptetur. Secunda vero pars, quod scilicet tale ius sit revocabile, dum ille tertius illud non acceptauit, vel alius pro eo absente, qui de iure acceptate potest, colligitur ex l. cùm qui, ff. qui sine manumissione ad libertatem peruerium, vbi à contrario sensu significatur in potestate venditoris esse, qui onus, ac grauamen posuit emptori, in fauorem tertij illud revocare, ante tempus quo illud grauamen erat implendum.

Idem

Hem colli gitit ex l. 1. & ultima C. si mancipium ita facit alie annu.

15. Præcipuum dubium est, an onus impositum promissario à promissore in gratiam tertij alterius, sit reuocabile ante acceptationē ipsius tertij per ipsum promissorem postquam tempus aduenerit dandi illud. v. c. Franciscus promisit Petru centum mensuras tritici in singulos annos, eo onere, & conditione, ut singulis annis in die D. Ioannis daret Antoniu decem aureos. transiuit dies D. Ioannis, & Antonius nec per se, nec per alium de iure habilem promissionem acceptauit, queritur, an possit Franciscus promissor reuocare illud onus, & conditionem. Item ego dedi tibi prædium cum onere, vt post triennium illud cedas Petro. Transactum est triennium, non cessisti, nec Petrus illud acceptauit, nec de ea te quidquam ei significatam fuit, inquires, an possim te hoc onere liberare, & prædium meum repertere, vi mihi seruem.

16. Et hac de te partita est sententia.

Prima ait, non posse me prædium illud mihi rapere, & te liberari onere donandi illud Petro. & sic in altero exemplo ita tenent multi, quos citat Iulius Clarus §. *donatio quest. 13. num. 5. citato.* Sed non sequitur; licet Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 9. n. 65.* dicat illum eam tenere, sed falsus est: nam Iulius Clarus ad finem prædicti numeri ita ait. *Ego si casu continget, non auderem confundendo, aut indicando recedere ab opinione Bartoli, qua est contraria, (quam modò referemus numero sequenti) & quam credo esse veriorem, & magis communem, modo tamen res esset integra.* Hec ille: tenent tamen hanc opinionem Guilielmus de Benedictis *in repet. cap. Raynatus 2. verb. si absque liberis num. 23.* Rodericus Soarez *in repet. leg. quoniam in prioribus, in declarat. legis Regni quest. 8. num. 2.* vbi plurimos pro hac opinione adducit, & dicit omnem scholam scibentium hoc tempore illam tenere, Duennas *reg. 216. in fine.* & habet hæc opinio magnum præsidium in prefata lege, *quoties. C. de donat. sub modo, quatenus statuit ut modus, seu onus appositum in favorem tertij reuocari non possit, & validus omnino censeatur, etiamsi illud onus, seu illa conditio, vel modus à nomine absentis nomine acceptus sit; ut explicat Iason in l. Flavius, n. 1. ff. de verbor. obligat.* optimè perpendens dispositiōnem istius legis, ex qua tertio absenti, etiamsi nemo eius nomine acceptet, actio utilis queritur.

17. Secunda sententia è regione contraria docet posse promissorem, vel donatorem reuocare illud onus, & tem sibi vindicare transacto eo termino triennij, si intra illum non fuit onus acceptatum ab illo, in cuius gratiam appositum fuit, neque ab alio eius nomine, qui de iure acceptare posset. hanc tenet Couarr. lib. 1. variar. cap. 14. num. 13. in fine, ibi, nam ratificatione, vel acceptatione tertij non senta, nec actio illi queritur, nec ius. tenet etiam Bartol. in l. qui Rome. §. Flavius 1. ff. de verbor. obligat. Rui-nus consil. 182. post num. 21. vers. nec obstat, lib. 1. Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 18. dub 9. num. 66.* & alij communiter. Et fundamentum illorum est, quia donatio, vel promissio ante acceptationem non est valida; ergo cum tertius ille non acceptaverit illam per se, vel per alium de iure aptum, poterit reuocari. Dicit tamen hæc sententia posse reuocari à donatore, vel promissore tantum, non ab heredibus illius, quia heredes illius, illo emortuo, non possunt illam reuocare, nec onus sibi vindicare, ut patet ex dicta leg. quoties, & docet Couarruianum. 17. etiamsi donator, vel promissor ante impletionem temporis quo onus erat tertio tra-

dendum, emoriatur. *Primò*, quia eius est renocare, cuius est donare, vel promittere, unde mortuo donatore onus illud sit irreuocabile. *Secundo*, quia donator, vel promissor per mortem suam cum illud viuens non reuocauerit, censetur illud de novo dare. Nec etiam poterit donator, vel promissor viuens reuocare, si ante triennium, vel tempus, quo prædictum onus illi erat tradendum, cœpit aliquid ex illo recipere, & quia satis acceptat, qui recipit, & quia res non est integra.

18. Neque obstat *L. quores*, citata, quia illa solū decidit, non posse heredes donatoris, vel promissoris eam reuocationem facere, & ad eius interpretationem satis est, ut prædicti heredes non possint illam reuocare, & ut illi tertio competit actio in donatarium, volente donatore, seu promissore. Non obstat etiam lex Regia Castellie *lib. 3. ordinament. tit. 16. in qua sancitur alteri, per alterum in eo regno etiam absque vlla acceptatione posse acquirere*, in qua tam absoluta locutione poterit etiam tertius absens acquirere per alium de iure non habilem; quia ista lex loquitur, quando donatarius, cui erat onus impositum, cœpit ante tempus dare partem oneris prædicto tertio, tunc enim iam censetur illud acceptare.

19. Excipiunt tamen Couarruianas *dict. lib. 1. variar. cap. 14. num. 14.* & Iason in l. qui Rome. §. Flavius, num. 17 ff. de verbor. obligation. Alexander ibi num. 9. Socinus num. 19. si tertius ille, in cuius favorem onus impositum fuit, si ciuitas, Academia, vel communitas, studiorum, & causa pia, quia his omnibus statim ac res fuerit acceptata a donatario, vel promissario, cum eo onere acquiritur ius irreuocabile, & actio in rem, ut constat ex l. ut inter. C. de Jaceos. Eccles. sed de hac te vide, quæ diximus cap. 4. num. 6 & 7. vbi hanc materiam satis disputauimus.

## CAP V T XI.

In quibus euentibus promissio iam acceptata definit obligare.

1. *Ob ingratiitudinem, ob supervenientiam liberorum, & causa inofficiose donationis, seu promissoris post rem promissam traditam, potest promissio in iudicio reuocari.*

2. *Reservatur opinio eorum, qui afferunt ex defectu præmissionis difficultatum, quæ si præciderentur, non faceret promissor promissam non obligare talam promissiōnem.*

3. *Auis qui votum singulis sexiis feris totius anni ieiunare, teneatur ad votum si dies nativity Domini in sextam feriam inciderit.*

4. *Rejicitur opinio relata.*

5. *Regula vera ad sciendum, an promissio tam Deo quam hominibus facta obligent, non est desumenda ex parte difficultatum, quæ si promissor præcideret, non promitteret, sed ex parte mutatio- nis rerum promissarum.*

*Probatur multis exemplis. ibid. & n. 6.*

7. *Fornicatio non soluit votum, aut promissiōnem, quando promittens matrimonium solum sciebat.*

8. *Si presentiam tuam, vel operam alteri promissiōi tali tempore, & agrotus egeat eo tempore tua presentia, non tercoris ad promissiōnem.*

9. *Quid si duo vicissim aliquid sibi promittant, & alter non vult stare promissione, an tunc tentetur ad suam.*

## 250 De translat.dominij per promissionem.

- 10 Promissio iam acceptata non obligat , si facta fuit à promissore ob causam, quae non subfisiit, quam subfisiere putabat.
- 11 Non obligat tua promissio, si ad eam pauperiam deuenias, ut eam implere non possis, nec ad illam teneris redenne postea fortuna melsori.
- 12 Ille qui fuit in mora solvendi promissio:em, & sua culpa non soluit, non liberatur ab illa , si postea redeat ad meliorem fortunam.

1. **T**RIBVS præcipue eventibus promissio iam acceptata , & donatio desinit obligare , & potest renocari , etiam si sit res promissa, vel donata donatario, vel promissario tradita. Primo ob ingratitudinem donatarij , vel promissarij. Secundo , ob superuenientiam liberorum. Tertio, si sit inofficio: ita communiter Doctores, Iulius Clarus § donatio, quæst. 2. 1. num. 1. Antonius Gomez tomo 2. variarum, cap. 4. num. 1. Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 14. num. 104. & alij communiter. De his tribus modis hic nihil agemus , relinquimus enim illos ad caput ultimum libri sequentis de donatione , vbi commodiū tractari solent à Doctotibus. Hic enim solum agemus de aliis modis magis ordinatiis, qui communiter contingere solent, qui vel ex parte intentionis promissorum, vel ex parte mutationis rerum promissarum contingere possunt.
2. Ex parte intentionis promissorum, sunt multi, & graues Doctores, qui dicunt tunc desinere promissionem obligare , cum ita mutatus status personarum promittentium , vt si cogitassem, non promissem. ita Nauartus in summa Latina , cap. 18. num. 7. Molina tomo 2. de iustit. d. sp. 272. & Lessius tomo 2. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 9. num 69. & multi alij. Probant, quia sicut in generali concessione non veniunt ea , quæ quis non esset in particulari concessurus, vt habetur reg. in generali, de regulis iuris in 6. & cap. si Episcopu, de pñnit. & remissiōnib. in 6. ita in promissione non veniunt euentus, quos prudens exciperet, si illos cogitassem dum promisit. Probant etiam , quia quemadmodum in legibus locum habet epuilegia, ad excipiendo illos casus , de quibus non est dubium, quod illos exceptisset legislator, si ei cum legem condidit, occurserent. Sic etiam in promissione gratuita, & liberali, quæ est veluti quedam lex particularis , quam sibi quisque imponit, non censentur comprehendi euentus, quos promissores non comprehensissent, si præuidissent.

3. Si verò in aliquo euentu dubij sint promissores, an illos comprehendenderent , vel non comprehendenderent , assertunt rogandos esse promissores, an illum exceperint, cum promiserunt, & haberent tunc animum obligandi se ad illum, necne. Si respondeant negatiuè, aiunt excusandum esse, quia nullus potest esse melior iudex suæ mentis , quæ ipsemet promissor. v. c. promisit quis , voulitque Deo ieiunare singulis sextis feriis totius anni , contigit diem natalitijs Christi Domini feria sexta celebrati , in quo carnibus de more Ecclesiæ homines toto orbe vescuntur, vt cognoscamus , an eo die teneatur vicens ieiunare, dicunt roganum esse, an si cum promisit, votumve emisit, ei occurreret eo anno die in illum sexta feria euenturum, exciperet illum, necne; si affirmatiuè respondeat , assertunt liberari à ieiunio ; si negatiuè, non liberari ; si dubitat, & sit vir timorata conscientia, dicunt iudicandum esse cum liberari, quia credendum est voluisse illum promittere, & voulere ieiunium eo die iuxta morem Ecclesiæ, mos autem totius Ecclesiæ habet , vt eo die carnes edantur. Ita Molin. tomo 2. de iustit. disput. 272

§. exempla. Nos iam ex hoc fundamento in secundo precepto Decalogi diximus, huiusmodi hominem non esse obligandum eo die ieiunium servare, quando dubitat an se voluerit in eo ad illud obligare , si ei occurreret , ex eo scilicet , quia quando quis non est certus de sua intentione in eo casu occurrenti , censendus est promittere, & voulere iuxta morem, & consuetudinem Romanæ, Catholice, & Apostolicæ Ecclesiæ : mos autem Ecclesiæ est, vt in die natalitij Domini vescantur carnes, quarum eu*ieiunium* stare non potest.

Sed planè p̄fata regula Molinæ , & Nauartii non placet, quia multi promittunt, & voulent castitatem , & Religionem , non præcogitatis multis difficultatibus , quæ postea superueniunt , quas si cogitassent , vt ipsimet fatentur , non voulissent, & tamen non ideo excusantur : & multi promittunt matrimonia, & iurat , quorum onera, si plenè cognouissent , profecto non promisissent : & tamen nondum natus est auctor Catholicus , qui ausus sit dicere eam promissionem non obligare ; vota enim & promissiones non obligant ex iis, quæ quis si præuidisset, non fecisset, sed ex iis promissionibus, quas quis fecit. Sed possunt respondere p̄fati Doctores, Molina, & Nauartus , hoc quod dicimus, verum habete in votis, & promissionibus Deo factis , non in promissionibus gratuitis , & liberalibus homini factis, quia haec facilius reuocantur , vt notauit Lessius allegatus. Sed planè si haec regula illorum in promissionibus gratuitis admittatur, profecto commercium hominum , & fides humana inter homines rumperetur , & magna confusio oriretur inter ipsos homines, & illorum contractus, vt de se patet, & docet Soares tomo 2. de Relig. lib. 4. cap. 19. num. 8. & Caietanus 2. 2. quæst. 88. art. 3. dub. 2.

Regula igitur ad iudicandum, an valeant, vel non valeant promissiones tam Deo , quæ hominibus promisste , non est desumenda ex parte illarum rerum, & euentuum, quos quis cogitauit, vel non cogitauit , cum promisit , foret enim semper incerta talis regula , & plena dubiis, sed ex parte mutationis materie promissionis. Primo enim , si executio rei promissæ fiat illicita , non obligat talis promissio , etiam si acceptata fuerit : idem si fiat inutilis, aut moraliter impossibilis , respectu promittentis ; & si mutetur omnino status rerum, & personarum, vt in eo statu sic mutato communiter non soleant homines promittere, vel voulere. hanc regulam tradunt hodie communiter Doctores scribentes.

Hinc si promisisti te ducturum aliquam in uxorem, illaque promissionem acceptauit, sed ante matrimonium fornicata est , non teneris eam ducere, quia status rerum & personæ mutatus est , nec solent homines fornicarias ducere , & eis matrimonium promittere. ita Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 9. num. 7. patetque ex cap. quemadmodum , de iure iurando, vbi additur , idem esse si post talem promissionem illa fieret leprosa , aut paralytica, vel amitteret oculos, aut vnum tantum, aut nimum, vel aliquid aliud in corpore illius turpius, vel æquè turpe eueniret , docet etiam Molin. tomo 2. de iustit. disp. 272. § deinde , & communis Doctorum. Similiter , si puellæ promisisti nuptias , putans esse virginem, & illa acceptauit, & ante nuptias intelligas , vel experientia propria, vel ex relatione aliorum, eam non esse virginem , non teneris eam ducere , quia non solent homines ducere corruptas, quæ se virginis venditant, & talis promissio ab initio fuit inualida , secum enim detulit hanc conditionem, si virgo est, non aliter, nec alio modo ; nec refert , etiam si iuramento promittas , quia iuramen-

tum

tum non dat vim promissioni nullæ, sed confir-  
mat promissionem veram, ita Molina & Lessius al-  
legati.

7. Oppones sic: In prædicto cap. quædammodum,  
*de iure iurando*, dicitur, qui iuramento promisit se  
aliquam ducturum in uxorem, non posse postea illi  
opponere fornicationem antecedentem, sed sub-  
sequentem? Respondeo id verum esse si intelligatur  
de fornicatione antecedenti nota tempore promis-  
sionis, secus de ignota, per quam illa vel virginita-  
tem amisit, vel notabiliter redditur infamia, quam  
antea erat; si namque tempore promissionis infa-  
mias erat, & ille hoc sciebat, & nihilominus ei pro-  
misit nuptias tenetur ad illas. Ita Molin. tom. 2. de  
iust. diss. 272. §. deinde, & Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 18.  
dubit. 10. num. 73.
8. Similiter, si opera tua alteri promisisti ad certum  
tempus ad illius negotium peragendum, & postea  
proximus aliquis grauiter ægrotet, ut tua præsentia  
egear, neque utriusque occupationi eo tempore suffi-  
cens sis, non teneris promissionem implere, mu-  
tatus est enim status rerum, & promissio intelli-  
gebatur persistente eodem statu. ita Caietan. 2. 2.  
quæst. 113. artic. 1. Molina dicta diss. 272. §.  
deinde.

9. Item desinit promissio obligare, vel potius su-  
spenditur illius obligatio, quando duo vicissim sibi  
aliquid promittunt, & unus non vult stare promis-  
sionis, tunc enim non tenetur alteri, quia frangenti  
fidem, si les etiam frangi potest licet. Nau. in summ.  
*Lat. c. 18. n. 7.* existimat id solum licitum esse, quan-  
do ultima promissio est facta propter priorem, intui-  
tuque illius, & velut in recompensationem prioris,  
tunc enim si is, qui prius promisit, deficit, non te-  
netur posterior implere suam promissionem, argu-  
mento legis *cum proponas* 2. C. de passus. & argu-  
mento cap. cum peruenit 2. de iure iurando. Si autem  
promissiones non ita se mutuè respiciant, nec una  
ab altera dependeat; negat prædictus Nanarius fas  
esse à promissione recedere, esto alter non impleat.  
Sed verius est, iuxta Lessium tom. 1. de iust. lib. 2.  
cap. 18. dub. 10. num. 75. & Molin. tom. 2. dicta dis-  
s. 272. §. dubium est. Concuruiam in cap. quan-  
uis pactum 1. part. §. 4. num. 9. Baldum & Panor-  
mitanum ad cap. nostram. 1. de iure iurando. & alios,  
quos refert, ac sequitur idem Covarrua. Si promis-  
sio sit quocumque modo reciproca, & respectiva,  
posse alterum promittentem ab illa recedere, rece-  
dente altero, & illo non implente, illam non im-  
plete, in suam recompensationem. Primo, quia  
hæc iura sunt eiusdem rationis. ergo in illis fieri  
potest compensatio. Secundo, quia secundus pro-  
missor non censetur se voluisse obligare eo in euen-

tu, quo alter fieret ingatus, & fidem violaret. Ita  
Lessius, & Molina allegati.

10.

Item non obligat promissio iam acceptata, quan-  
do aliquid promisit ob causam, que non subest, vt  
si promiseris eo quod credentes te à promissario ali-  
quod beneficium accepisse, cum tamen non acce-  
peris, aut tibi esse cognatione, consanguinitate, vel  
affinitate coniunctum, cum tamen non sit: ita Lessius  
tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 10. num. 76. &  
communis.

11.

Denique non obligat si aliquid promisisti, &  
postea in tam grauem egestatem deuenisti, vt non  
possis solvere, quia iam mortaliter redditia est imple-  
tio impossibilis, & promissio intelligebatur persi-  
stente eodem rerum statu: unde si postea ad pin-  
guorem fortunam deuenieris, non teneris implere  
promissum, neque enim ad id te obligasti. Ita Mo-  
lin. tom. 2. de iust. diss. 272. §. similiter. Nanarius  
in manuali cap. 18. num. 7. Lessius tom. 1. de iust. lib.  
2. cap. 18. dub. 10. num. 74. Soarez tom. 2. de re-  
lig. lib. 4. cap. 19. num. 4. qui addit, etiamsi sua cul-  
pa, & debita opera ad eam paupertatem deuenis-  
ses, sed tunc redeunte meliori fortuna teneberis im-  
plere, vt ipse docet.

12.

Animaduertendum tamen est, cum qui tempo-  
re præfixo, & constituto in mora fuit non implendi  
promissionem, cum facile possit implere, non libe-  
rati omnino à promissione, si postea incidat in pau-  
pertatem, sed teneri ad impletionem illies, postea  
redeunte fortuna meliori, iuxta Lessium & Moli-  
nam allegatos. Et ratio illorum est, quia iam non  
est tamum debitor ex promissione, sed ex delicto,  
eo quod fuerit in mora, per quam moram fuit pro-  
missatio sua culpa causa efficax damni, ac proinde  
tenetur in conscientia cum possit, redeunte postea  
meliori fortuna, illud resarcire, teneturque etiam  
ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis;  
secus si ex causa non soluit, vel ex impedimento  
aliquo extrinseco, quia tunc non fuit in mora; à  
tempore enim moræ ex iniusta derentione ad om-  
ne interesse, damnaque secuta, non secus tenetur,  
ac ad alia debita ex contractu oneroso. Ita Molin.  
dicto tom. 1. de iust. diss. 272. §. sunt vero nonnulla.  
Lessius citatus num. 74. Oportet igitur semper hu-  
ijsmodi exempla ante oculos habere, vt facile quis  
possit veluti manu dueci ad similia.

Sequebatur, vt ageremus de causis, ob quas pro-  
missio iam acceptata revocari possit, veluti de in-  
gratitudine, de superuenientia liberorum, de inoffi-  
ciosa promissione; sed de hoc melius ac conuentius  
in sequenti libro de donatione, quem iam aggredi-  
mur, tractabitur, vt diximus num. 1. vbi quidquid  
hic deest, ad complementum materiae inuenies.